INSTITUTIO

AD

GRAMMATICAM ARAMAEAM

DUCENS.

INSTITUTIO

AD

GRAMMATICAM ARAMAEAM

DUCENS.

IN

DISCIPULORUM USUM

SCRIPSIT

IAC. CORN. SWYGHUISEN GROENEWOUD.

TRAJECTI AD RHENUM.
APUD L. E. BOSCH ET FILIUM,
Academiae Typographos.

LITERARUM ORIENTALIUM

STUDIOSAE JUVENTUTI

S. et O.

Ex quo mihi, variis de caussis, non amplius dubium erat, quin mea, qualiscumque tandem, vestrum in usum conscripta Institutio ad grammaticam Hebraicam ducens, *sua contulisset ad praeclara vos praeclarorum grammaticorum doctrina imbuendos, atque adeo ad vero vos justoque linguae Hebraeae studio cum informandos tum magis magisque perficiendos; mox etiam sponte ducebar eo, ut, conscribenda vestrum similiter in usum* Institutione ad grammaticam linguae Aramaeae ducente, *verum iustumque literarum pariter Aramaearum studium apud vos cum excitare tum alere niterer. Nam germano quidem commilitoni nihil antiquius, optabilius nihil, nihil etiam quicquam convenientius esse potest, quam ut germanis suis commili-*

tonibus, quoad possit ac liceat reapse prosit, vel saltem prodesse studeat.

Quo autem facilius simul ac plenius, hoc meum propositum hac etiam aliquando Institutione consequerer, in ea me conscribenda ad nostrae modo memoratae Hebraicae Institutionis rationem, licet non ubique quidem omnem, quoad ejus fieri potuit, composui. Itaque orditur haec aeque atque illa a similis argumenti introitu, in quo quasi respondeatur ad quaestiones eas omnes, in quas item unusquisque, qui hanc sibi linguam addiscendam sumere velit, sponte incidat. In quot porro generales partes, capita et paragraphos illa, in tot similiter haec divisa est: solae aliquot paragraphorum inscriptiones mutatae sunt. Nec minus denique in hac, quam in illa, occurrunt peculiares quaedam varii generis et observationes et quaestiones, modo graviores modo leviores illae, quibus tractatum in ipso textu argumentum vario modo exponendum proponitur: exponendum proponitur etiam vobis ipsis, ut ita non tantum me unum in scholis nostris sermocinantem assidue studioseque audiretis semper, verum in primis etiam, ut ita ante meas interpretationes vos ipsi et institueretis vestras, et praeclara praeclarorum grammaticorum consuleretis praecepta: paucis, quale et quaestionum et observationum in illa, tale item in hac Institutione est propositum consiliumque.

Et hisce quidem rerum capitibus continetur insignis, quae inter utramque Institutionem reperitur similitudo et conformitas. Verum, tametsi haec illi sic simillima, nihilominus tamen, praeter mutationem, quam, ut modo significavimus, hic illic paragraphorum tituli subierunt, habet, quo se distinguat; quatenus nempe in hac nostra Institutione alia grammatices loca fusius, brevius alia, nonnulla etiam plane non tractavi, et quatenus in hac praecipua etiam syntaxeos capita eaque exemplis illustrata tradidi. Praeterea monemdum: me, et, cum alias ob caussas tum in primis etiam iccirco, quia recepta consuetudo vult, ut vos post percepta Hebraeae, haud raro Arabicae item linguae elementa ad addiscendam demum linguam Aramaeam accedatis, ipsa exempla Aramaea, quibus usus sum fere omnia adduxisse e librorum V. T. Versione tam Chaldaica quam Syriaca, prouti utraque in Bibliis polyglottis exstat; et in hac componenda Institutione ubique ferme locorum grammaticae tam Hebraicae quam Arabicae rationem habuisse, et denique propterea etiam haud semel exemplis Aramaeis Hebraica apposuisse et Arabica ex iisdem pariter Bibliis polyglottis petita, ut ita nobis constaret: cum quae sit convenientia, quae discrepantia utramque hanc inter et illam seu Aramaeam dialectum; tum quatenus germanus harum dialectorum color in Versionibus illis servatus sit, quatenus obscuratus; tum vero etiam, quale harum Versionum momentum sit ad

V. T. libros interpretandos, atque adeo verbo, ut ita, eatenus etiam, quam primum fieri posset, ad regiam Sacri Codicis interpretationem accederemus. Ceterum, ut vestra harum etiam literarum studia vobis e votis succedant, in meis nunc desideriis equidem in primis habeo. Valete.

Scripsi in Academia Rheno-Trajectina d. I. *Julii, an.* CIƆIƆCCCXLV.

INTROITUS

IN

GRAMMATICAM ARAMAEAM.

§ 1.

LINGUAE ARAMAEAE NOMINA.

Appellatione linguae, sive potius dialecti *Aramaeae* comprehenduntur vulgo duae dialecti, quarum altera vocatur *Aramaea Orientalis*, seu *Babylonica*, sive etiam *Chaldaica*, altera *Aramaea Occidentalis*, seu *Syriaca*.

Quaest. 1.

Quid de harum aliarumque appellationum ratione Judicandum. Quas maxime ob caussas dialectus, quae plerumque vocatur Chaldaica, potius *Aramaea Orientalis, sive Babylonica nominanda?*

Quaest. 2.

Quibus potissimum argumentis alii probarunt, improbarunt alii positionem: Chaldaicam et Syriacam quas dicimus linguas, duas revera esse linguae Aramaeae dialectos?

Quaest. 3.

Quae inprimis monumenta, sermone Aramaeo conscripta, typis impressa habentur. Cujus aetatis sunt, et quo summatim eorum redit argumentum?

Quast. 4.

Quomodo factum, ut monumenta illa similis universe argumenti sint.

§ 2.

LINGUAE ARAMAEAE ORTUS, PROGRESSUS, LAPSUS TOTUSQUE PROPEMODUM INTERITUS.

Ortum lingua Aramaea cum Hebraica et Arabica habet *eundem*, quippe non minus quam hae annumeranda iis dialectis, quae in Eruditorum civitate olim linguae *Orientales* dictae sunt, sed quae hodie linguae *Semiticae* plerumque appellari solent.

Vernacula haec lingua fuit Aramaeae incolis, uti etiam Judaeis, qui eam tempore captivitatis Babylonicae didicerunt, exinde secum in Palaestinam induxerunt, in suos usus converterunt et ad sua adeo opera conscribenda adhibuerunt. Quibus autem, ut ipsis pariter Aramaeis *vernacula* esse desiit, linguaque quae vocatur, *mortua* evasit. Effecerunt autem hoc cum alia tum inprimis Mohammedanorum arma, quae linguam Arabicam longe lateque propagaverint.

Quaest.

Quae improbare videntur: linguam hanc revera iam evasisse mortuam.

Obs.

Linguae hujus aetates et dialecti.

§ 3.

CHARACTERISTICA, QUAE VOCATUR LINGUAE ARAMAEAE ADUMBRATIO.

Quandoquidem lingua Aramaea tam Orientalis, quam Occidentalis *una* est e linguae *primaevae* dialectis, de quibus valet: *»facies non omnibus una est, nec diversa tamen, qualem decet esse sororum"*

intelligitur, aliter esse non posse, quin et inter utramque hancce et ceteras illas dialectos inveniantur insignes quaedam *convenientiae* simul ac *discrepantiae* notae, quae vocantur characteristicae.

Itaque *convenientiae* notae characteristicae utrique huicce aeque ac ceteris fere omnibus dialectis quasi quasi impressae, sunt potissimum: *idem V. C. scribendi modus a dextria ad sinistram*; *eadem* porro *literarum syllabarumque natura*; *totidem* denique *orationis partes*; uti etiam *eadem universe harum partium*, sive *Verborum*, *Nominum*, *Pronominum*, *Adverbiorum*, *Praepositionum*, *Conjunctionum et Interiectionum ratio*; imovero *quot* ac *quales* in Hebraicis, *tot* ac *tales* pariter *literae* in Chaldaicis monumentis inveniuntur, nec alius etiam est in his quam in illis *punctorum* apparatus.

A nostro autem in hac conscribenda institutione proposito prorsus alienum est, memoratas hasce notas vel brevissime circumscribere. Quamobrem hoc nolentes malumus tantummodo aliquantum adumbrare *discrepantiae* notas characteristicas, quibus Syriaca dialectus sese discernit a Chaldaica et utraque haecce a ceteris dialectis, Hebraica maxime et Arabica.

Et notae quidem characteristicae, quibus Syriaca se lingua a Chaldaica discriminat inprimis cernuntur: *in alio literarum habitu*, uti etiam *in mutua plerarumque conjunctione*; *in alio punctorum apparatu*; *in alia quarundam literarum indole*; *in frequentiore vocalium*

diphthongorumque usu; in alia quodammodo Verborum, Nominum Particularumque forma, flexione et usu.

Praecipuae porro notae, quibus se una cum Chaldaica distinguit ab Hebraica et Arabica inveniuntur: *in permutatione quarundam literarum; in minus frequenti Vocalium usu; in alia, exinde orta, formarum originalium ratione; in alio Vocum tam onomatopoëticarum quam plurium literarum usu; in literarum apocope; in aliis quibusdam Speciebus; in alia hic illic Verborum, Nominum Particularumque flexione; in Infinitivorum et Imperativorum usu, Speciebus non tantum activis ut apud Hebraeos et Arabes, verum etiam passivis proprio; in duplici Participio, altero activo altero passivo, quod omnes Species activae habent, nulla vero apud Arabes et una tantummodo Species* KAL *apud Hebraeos habet; in frequentissimo et in alio subinde etiam Verborum finitorum, Participiorum, Adfixorum et Pronominis relativi usu; in alia Nominum forma emphatica; in raro et propemodum nullo dualis numeri usu; in aliis quibusdam Nominum numeralium affectionibus; denique in maxime ufitato modo Hebraico, non Arabico, quo Nominum gradus cum Comparativus tum Superlativus exprimitur; in haud una Nominum deminutivorum forma, uti etiam in varia literae Vau copulativae Vi, qua Arabicae quam Hebraicae linguae similior est et in vocalium mutatione, quae multo minor maxime apud Syros est quam apud Hebraeos, sed major quam apud Arabes.*

Haec autem nostra characteristica adumbratio spectavit tantummodo externum linguae Aramaeae habitum; sed age adumbremus etiam paucis universam ejus *dictionem* cum *solutam* tum *ligatam:* paucis inquam propter et ipsius rei et nostri instituti rationem.

Quod ergo ad dictionem *solutam* attinet: haec non tantum iisdem incommodis laborat, quibus Hebraica, verum etiam caret bonis numero multis et genere variis, quibus ea se plerumque vehementer commendat. Nam etsi suis laudibus minime destituta est, imovero, etsi subinde propemodum *Hebraica* esse videatur, *Hebraica* tamen nunquam est, quippe non tam *simplex*, tam *culta*, tam *gravis*, neque etiam ita *rhythmis*, *dictis acutis*, *proverbiis*, *carminibus*, *observationibus philosophis* et alius generis *animadversionibus* mirum in modum distincta, ornata et veluti exhilarata.

Et his quidem, ni fallor, rerum capitibus commode comprehendatur discrimen, quod inter *solutam* Aramaeorum et Hebraeorum uti etiam haud uno nomine Arabum dictionem intercedit.

Ligata autem dictio, quae nobis etiam nunc adumbranda restat, et alio nomine et, quod hic praesertim animadvertendum, ipsa sua indole *poëtica* ita toto coelo ab Arabum et vero ab Hebraeorum in primis dictione *ligata* discrepat, ut praeter externam dictionis *solutae* formam, qualem modo descripsimus, vix quicquam habeat, quo illorum et multo minus quo

divinam Hebraeorum poësin referat. Quamobrem ipse MICHAËLIS, quamvis varias ob causas, acerrimus linguae Aramaeae fautor, cultor ac vindex tam pauca, tam omnino nulla germanae poëseos bona in ea invenit, ut perquam jejune de Syrorum poësi pronuntiaverit.

Interim mirum profecto, sic, vel ferme non poësin tractasse Aramaeos, qui tam bene multa cum Arabibus et Hebraeis totis poëtis illis habuerint communia: originem v. c., aetatem, coeli plagam, corpora coelestia ab omni parte expedita, montes, sylvas, flumina, alia efficacissima poëseos colendae incitamenta, ipsam adeo, quod ad rei caput attinet, *linguam*. Quae cum ita sint, parum abesse videtur, quin de Aramaeis ratione habita *poëseos* affirmandum sit, quod ABULPHARAGIUS de Arabibus ante MOHAMMEDEM ratione habita *philosophiae* affirmavit, scribens *in Hitst. Dyn.* p. 161. *„Deum eos ad philosophiam tractandam haud idoneos fecisse."*

Quaest. 1.

Unde tale tantumque discrimen inter Aramaeorum Arabum et Hebraeorum poësin repetendum?

Quaest. 2.

Quibus rerum capitibus continetur linguae hujus momentum?

Quaest. 3.

Qualis est Linguae Chaldaicae in libris V. F. ratio?

Quaest. 4.

Quae argumenta ad confirmandum Barhebraei *in Chron.* p. 103 *testimonium: maturius literarum disciplinarumque se studiis informasse Syros quam Arabes, ut hi eruditionis suae initia illis debeant, adduci possunt?*

§ 4.

FONTES LINGUAE ARAMAEAE.

Linguae hujus fontes partim sunt *primarii*, partim *secundarii*, partim denique *subsidiarii*. Illi, sive primarii exstant in ipsis *monumentis sermone Aramaeo confectis*; isti, sive secundarii in *dialectis vicinis*; hi, sive subsidiarii in *grammaticis* et *lexicis*, uti etiam in alius generis *adminiculis*.

Monumenta, quae exstant typis impressa, cum nec numero multa sint, nec genere varia, merito harum non modo literarum, sed aliarum etiam disciplinarum amantes, hoc quam maxime suis in votis jam dudum habuerunt, habentque etiam nunc, ut locupletissimi linguae Aramaeae thesauri adhuc inter Bibliotheca-

rum parietes in manuscriptis latentes, tandem prodeant et communis juris fiant. Quare vehementer laetamur, nostra, quae vivimus tempora, haud levem Eruditorum civitati spem facere serius ocius desideriis illis satisfactum iri.

Dialecti, Hebraica praesertim et Arabica confirmant, illustrant et locupletant linguam Aramaeam, quemadmodum haec vice quoque sua identidem utramque pariter illam. Sunt enim dialecti non nisi leves quaedam ejusdem sermonis mutationes, seu externi quidam flexus, qui internam linguae animam minime reddant aliam, nedum tollant, sed penitus intactam relinquant. Neque hoc minus verum est de ipsa etiam dialecto Aethiopica, quamvis tota primum ejus ratio barbara videatur, quippe quae genuinam suam indolem Orientalem, haud uno modo suo sub habitu, ut ita dicam, Occidentali, tibi quasi celet omnem.

Cum ergo ex iis quae diximus, sponte cogatur harum dialectorum nullam ita totam semper sibi soli sufficere, ut nunquam alius dialecti auxilio indigeat; nullam etiam esse, quin habeat, quo aliquando alii prodesse quaeat; sequitur minime unam tantummodo, perinde quamnam, neglecto reliquarum studio, sed dialectos omnino cunctas esse colendas, quamvis verum sit, ex aliis plus minus ex aliis auxilii lucisque peti posse.

Ad quaestionem autem: „*quaenam harum dialectorum prima addiscenda sit*" viri docti non pari semper modo responderunt omnes. Alii scilicet ob argumenti

V. C. praestantiam *Hebraicam*, ob linguae copiam *Arabicam* alii, nonnulli etiam ob facilitatis commendationem *Aramaeam Occidentalem* seu *Syriacam*, omnium primam addiscendam esse statuerunt. Verum tamen vel fallor equidem, vel Vestra, qui ex recepta consuetudine, jam aliquamdiu literis Hebraicis aliisque disciplinis, futurum Theologum cum informantibus tum ornantibus operam dedistis, et dialectorum, ne etiam ratione habita earum illotis aliquando manibus ad germanam *Sacri Evangelii* interpretationem accedatis, nullam negligere velitis, nunc quidem haud adeo interest, ut sive fusius sive brevius inquiratur, quomodo de diversis hisce virorum doctorum sententiis pronuntitiandum sit. Neque ulla quoque disputatione eget, vestrum literarum Hebraicarum studium Vobis in omni qualicumque tandem addiscenda dialecto egregie profuturum.

De fontibus autem *Subsidiariis* et alius item generis *adminiculis* mox.

Obs.

Perversa quorundam grammaticorum de dialectis, Aramaea praecipue, Judicia.

Quaest. 1.

Ad quae rerum capita, in conferendis dialectis in primis attendendum, ne iis perverse abutantur?

Quaest. 2.

Qualis est Lexicorum, cum Chaldaicorum tum Syriacorum, tum etiam celerorum adminiculorum ratio?

§ 5.

HISTORICA CULTAE GRAMMATICAE ARAMAEAE ADUMBRATIO.

Quo antea Hebraicarum, eodem quoque proposito nunc Aramaearum pariter grammaticarum *historia* summatim enarranda, describenda ac dijudicanda est. Nam ut omnes illarum, ita etiam omnes harum grammaticarum auctores, rem grammaticam similiter tractare nec potuerunt nec voluerunt, sed varias ob caussas alii hoc, alio modo alii.

Inter maximi nunc usus palmarias, quae inprimis nobis commendantur grammaticas, habetur cum GEORGII BENEDICTI WINERI *Grammatik der biblischen und targumischen Chaldaismus*, tum ANDRAEAE THEOPHILI HOFFMANNI *Grammatica Syriaca:* qui duumviri in sua conscribenda grammatica, praecipue ad clarae se scholae *Gesenianae* doctrinam composuerunt; tum etiam aliorum maxime celebrium auctorum grammaticas citarunt. Et HOFFMANNUS praeterea, ipsam quoque sermonis ad grammatices diligentiam culti historiam commemoravit. Nos autem adumbremus grammaticorum historiam, respondendo ad hasce quaestiones:

Quaest. 1.

Quare grammaticorum historia a nobis etiam adumbranda est?

Quaest. 2.

Qua ratione haec historia nobis, cum ab ipsis grammaticis tum ab alius generis scriptoribus, tradita est?

Quaest. 3.

A quonam inde tempore probabiliores existere coeperunt grammatici?

Quast. 4.

Quibus rerum capitibus continetur discrimen, quod antiquiores inter et modo citatas duumvirorum grammaticas intercedit?

GRAMMATICA ARAMAEA.

Pars Prima.

LINGUAE ELEMENTA AC SYLLABARUM RATIO.

CAPUT I.

LINGUAE ELEMENTA.

Dialectus Aramaea, quatenus ejus *elementa* efficiunt *literae* ac *puncta*, eatenus quidem Hebraicam prossus dialectum refert et Arabicam. Et vero Chaldaica habet *elementa* cum Hebraica plane *eadem*, nec plura nec pauciora neque etiam alius formae.

Quaest. 1.

Estne elementorum sermonis Hebraici apparatus, in sermone Chaldaico etiam ita originalis, an vero ex illo ad hunc translatus est, atque adeo pro originali

sic substitutus? Et posterius si verum, qualis ergo, ut videtur, fuit originalis elementorum in hocce sermone ratio?

Quaest. 2.

Quid universe de elementorum Syriacorum antiquitate, origine, forma et nominibus ponendum; tum etiam, undenam nobis constat, quomodo pronuntianda sint?

§ 1.

LITERAE.

Ob ea, quae modo diximus de elementorum in sermone Chaldaico apparatu, sponte intelligitur, hic nobis de solis Syrorum literis agendum esse. Et horum quidem *literae* sunt viginti. duae, eaeque *consonantes* omnes, quarum *formam* typis maxime imprimi solitam, *nomen* porro ac *pronuntiationem* haec exhibet tabella.

FORMA. *finalis.* libera.	*finalis.* nexa.	*media.**	*initialis.*	NOMEN.		PRONUNTIATIO.
ܐ	ܐ	ܐ	ܐ	Olaph.	ܐܳܠܰܦ	*Spiritus lenis.*
ܒ	ܒ	ܒ	ܒ	Beth.	ܒܶܝܬ	B.
ܓ	ܓ	ܓ	ܓ	Gomal.	ܓܳܡܰܠ	G.
ܕ	ܕ	ܕ	ܕ	Dolath.	ܕܳܠܰܬ	D.

* *Media forma non nexa, est ut initialis forma.*

ـܗ	ـܗـ	ܗـ	ܗ	He.	ܗܘ	H.
ـܘ	ـܘ	ܘ	ܘ	Waw, sive Vau.	ܘܘ	W. sive V.
ـܙ	ـܙ	ܙ	ܙ	Sain, sive Zain.	ܙܝܢ	S. sive Z.
ـܚ	ـܚـ	ܚـ	ܚ	Cheth.	ܚܝܬ	Ch.
ـܛ	ـܛـ	ܛـ	ܛ	Teth.	ܛܝܬ	T.
ـܝ	ـܝـ	ܝـ	ܝ	Jud.	ܝܘܕ	J. *Consonans.*
ـܟ	ـܟـ	ܟـ	ܟ	Coph.	ܟܦ	K. sive C.
ـܠ	ـܠـ	ܠـ	ܠ	Lomad.	ܠܡܕ	L.
ـܡ	ـܡـ	ܡـ	ܡ	Mim.	ܡܝܡ	M.
ـܢ	ـܢـ	ܢـ	ܢ	Nun.	ܢܘܢ	N.
ـܣ	ـܣـ	ܣـ	ܣ	Semcath.	ܣܡܟܬ	S.
ـܥ	ـܥـ	ܥـ	ܥ	Ee.	ܥܐ	ut Hebr. ע.
ـܦ	ـܦـ	ܦـ	ܦ	Pe.	ܦܐ	P.
ـܨ	ـܨ	ܨ	ܨ	Tsode.	ܨܕܐ	Ts. sive Z.
ـܩ	ـܩـ	ܩـ	ܩ	Coph.	ܩܘܦ	K.
ـܪ	ـܪ	ܪ	ܪ	Risch.	ܪܝܫ	R.
ـܫ	ـܫـ	ܫـ	ܫ	Schin.	ܫܝܢ	Sch.
ـܬ	ـܬـ	ܬـ	ܬ	Tau.	ܬܘ	T.

1. In sermone Syriaco literae, paucis tantum exceptis, non *separatim*, ut in sermone Hebraico et Samaritano semper omnes, sed *conjunctim*, et pleraeque quidem *utrinque*, prorsus quemadmodum nunc quoque in sermone Arabico fit, scribuntur. Atque adeo pleraeque Syrorum et Arabum literae formantur una eademque linea diverso modo protrahenda.

2. Literae *formam* non semper retinent *eandem*, sed, ut apud Arabes, eam omnes propter suam, vel cum sequenti, vel cum praecedenti, vel cum sequenti et praecedenti litera simul conjunctionem aliquantum accipiunt *aliam*, quemadmodum ex ipso, quod proposuimus, Alphabeto satis intelligitur. Ut porro apud Hebraeos, ita quoque apud Syros habentur quinque literae eaeque etiam fere, nec tamen omnes, eaedem in fine vocum *formam* maxime mutantes, et propterea a grammaticis literae *finales* appellari solitae. Sunt autem hae literae *Coph*, *Lomad*, *Mim*, *Nun* et *Ee*, quarum praeterea una, nempe *Lomad* bis in fine vocis scribenda hanc accipit figuram ܠܠ, ut ܥܰܠܠ *effecit*. Duae denique literae, *Lomad* nempe et *Olaph* insuper *aliam* accipiunt *formam*, pro diverso ordine, quo sibi invicem succedunt. Ita *Lomad* ante *Olaph* posita scribitur hunc in modum ܠܐ, ut ܠܳܐ *non* pro ܠܳܐ, ܡܰܠܰܐܟ݂ܳܐ *angelus* pro ܡܰܠܰܐܟ݂ܳܐ: quemadmodum apud Arabes eaedem hae literae, ex ordine proprie sic لا scribendae, modo ﻻ, modo ﻼ scribi solent. Contra

Olaph, ubi prior est, literae *Lomad* praeponitur ita ܐܠ, ut ܐܠܳܗܳܐ Deus, ܐܠܘܬ *ordinavit*, a ܠܘܬ *conjunxit.*

Quaest. 1.

Quibus argumentis nititur positio: non omnes literas esse consonantes?

Quaest. 2.

Unde haec mutua literarum in scriptura conjunctio?

Quaest. 3.

Quid existimandum de discrimine, quod e quorundam grammaticorum doctrina intercedit inter Aramaeos et Hebraeos ratione habita divisionis literarum?

Quaest. 4.

Quare numerorum exprimendorum modus in dialectis variat?

Obs.

De aliis scripturae generibus, eorumque historia et momento.

§ 2.

PUNCTA.

Punctorum apud Chaldaeos *formam*, *situm*, *nomen* et *pronuntiationem* in Institutione hac nostra significare, equidem supervacaneum iudico. Nam quemadmodum plus vice simplici diximus, *literarum* non tantum, verum *punctorum* etiam, elementorum ergo omnium apparatus in sermone Chaldaico prorsus est Hebraicus; sed, quod verbo monendum, quamvis Hebraicus, minime tamen apud Chaldaeos ad Hebraeorum exemplum tam accurate usurpatus est, ita ut in syllaba *mixta* haud raro *longa* loco *brevis*, et vicissim in *pura* syllaba *brevis* vocalis loco *longae* adsit; et *Kamets Chatuph* ex una maxime anologia dignoscitur: quamobrem unum duntaxat cujusvis puncti usum deinceps significaturi sumus.

Syrorum ergo puncta hic tantummodo significanda sunt et adumbranda. Scilicet in iis non minus sane, quam in literis lingua Syriaca habet, quo se distinguat. Et punctorum quidem Syriacorum appellatione nobis comprehenduntur *vocales*, et figuris et punctis expressae (§ 3.); dein *puncta* quaedam usu tenus a vocalium punctis diversa: cum illud, quod *Dolath* a *Risch* discriminat (§ 6.); tum *Rucoch* et *Cuschoi*, tum etiam alia hujus generis puncta *diacritica* (§ 7, II, 2, 3.), et alius *distinctionis* signa (§ 8, 3.); denique lineolae *Marhetono*

et *Mehagjono*, (§ 4, 2.) *occultans* porro, et quae vocatur *diacritica* (§ 11, 2, 3, 4.) In quo punctorum apparatu desideramus, *Dagesch forte* et *Teschdid* omnemque etiam tam *Schevatum*, quam *accentuum* notam: notam, inquam, nam rem ipsam Syri non minus, quam Hebraei habent et Arabes. Reliqua puncta, *Mappik* nempe, punctum porro literae *Sin* et lineola *Makkeph*, non magis in Syriaca, quam in Arabica lingua habentur. Denique in illa, uti etiam in Hebraica et Chaldaica lingua non ususpatur Arabum *Vecla*, *Hamza* aut *Medda*. Sed age videamus de singulis singulatim, ut, quomodo haec omnia capienda sint, distinctius pleniusque significetur.

§ 3.

VOCALES.

Quamquam multo rarior est apud Syros, quam apud Hebraeos et Arabes *vocalium* usus, tamen dialectorum nulla plures diversas *vocalium* habet formas, quam Syriaca. Hebraica enim ad summum habet decem, Arabica duas, Samaritana dialectus nullas. Scilicet apud Syros duplex est cujusvis vocalis forma, altera *domestica* sive *Syriaca*, *peregrina* seu *Graeca* altera. Illa *punctis*, haec *Graecis vocalibus* plus minusve diverso modo mutatis exprimitur. Vocalium maxime usitatarum utriusque formae tabella sic se habet:

FORMA. Syriaca.	Graeca.	NOMEN.		PRONUNTIATIO.
ܒܲ	ܒܰ	Petocho	ܦܬܳܚܳܐ	ā et ă.
ܒܸ s. ܒܹ	ܒܶ	Rebozo	ܪܒܳܨܳܐ	ē et ĕ.
ܒܼ	ܒܺ	Chebozo	ܚܒܳܨܳܐ	ī et ĭ.
ܒܵ	ܒܳ	Secopho	ܙܩܳܦܳܐ	ō et ā.
ܒܘܼ, ܒܘܿ	ܒܽܘ s.	Ezozo	ܥܨܳܨܳܐ	ū et ŭ.

1. *Syriacae* vocalium notae *situm* semper habent *eundem*, non item omnes *Graecae*; sed harum pleraeque modo *superiorem*, modo *inferiorem* literarum regionem occupant.

2. In haud paucis libris typis impressis utriusque generis vocales usurpatae inveniuntur, idque quidem ita, ut alia unius ejusdemque vocis Syllaba cum *Syriaca*, alia cum vocali *Graeca* scripta sit.

3. Ne autem literae praeter necessitatem tribus, vel quatuor punctis onerarentur, coalescit *Syriaca* vocalis, tam *Secopho* cum puncto literae *Risch*, quam *Petocho* cum puncto literae *Dolath* et cum punctis *Ribui*, ita ut pro duobus punctis, quibus ex ordine exprimitur et utraque illa vocalis et haec numeri pluralis nota, unum duntaxat usurpetur: ut ܦܺܐܪ̈ܐ *fructus* pro ܦܺܐܪ̈ܐ, ܚܰܕ݂ܰܪ *ambivit* pro ܚܰܕ݂ܰܪ, ܩܰܡܨ̈ܶܐ *locustae* pro ܩܰܡܨ̈ܶܐ:

quemadmodum ita quoque puuctum geminum *Ribui* cum puncto literae *Risch* coalescere solet § 7, II, 3.

4. *Ezozo* vocalis fere semper exprimitur cum *Vau.*

5. Praeter hasce proprias vocalium notas habentur etiam aliae quaedam vocalium notae in certis quibusdam casibus nonnunquam usurpatae, quarum tamen usus nequaquam ab omnibus probatur. Conf. § 4, 2. et § 7, II, 3.

Quast. 1.

Quo summatim vocalium apud Syros, ut videtur, redit historia?

Quaest. 2.

Quid pronuntiandum de quorumdam Eruditorum sententia: Ephraimum Syrum vocalium Syriacarum fuisse inventorem?

Obs. 1.

Vocalium numerum alii grammaticorum majorem, minorem alii commendant, uti etiam alii eorum alias vocalium distributiones.

Obs. 2.

Diversa grammaticorum iudicia cum de cujusvis vocalis quantitate, tum de Ezozo vocali in vocibus ܟܠ *omnis,* ܡܛܠ *propter et* ܟܒܪܝܬܐ *sulphur, sine* O *scripta, uti etiam de hujus vocalis sic scriptae vi.*

§ 4.

SCHEVATA ET LINEOLA, CUM MARHETONO, TUM MEHAGJONO.

1. Quemadmodum Arabes non habent *Scheva mobile*, ita Syri habent nullum, nec *mobile* sive *simplex* sive *compositum*, nec *quiescens*, neque etiam *Patach furtivum.* Nudae propterea apud Syros vulgo scribuntur literae, quae apud Arabes vel cum *Djezmate*, vim *Schevatis quiescentis* exprimente, vel cum *vocali*, et quae tam apud Hebraeos quam apud Chaldaeos vel cum hoc, vel cum alio *Schevate* qualicunque tandem illo, vel etiam cum *Schevatis quiescentis* vicario *Patach furtivo* scribuntur. Conf. v. c. ܦܩܰܕܬܽܘܢ cum فَقَدْتُمْ, פְּקַדְתֶּם, et פְּקַדְתּוּן; ܚܰܡܺܝܫܳܝܳܐ cum خَامِسٌ, Hebr. et Chald. חֲמִישִׁי *quintus*; et ܪܽܘܚ cum رُوحْ, Hebr. et Chald. רוּחַ *spiritus.* Hanc tamen generalem regulam tres tantum migrant literae, ܐ, ܝ et ܗ. Scilicet hae literae in certis quibusdam casibus ex ordine non cum vocali scribendae, vocalem accipiunt, et ܗ insuper lineolam *diacriticam.* Sed de ipsis hisce casibus et de mutatione, quam harum etiam literarum pronuntiatio subire solet, vid § 17, VII.

2. In *mediis* porro vocibus rarissime literae, proprie non cum vocali scriptae, accipiunt lineolam, eamque quidem aut *supra* se, ante literam syllabam

inchoantem, *Marhetono* (ܡܪܗܛܢܐ *currere faciens* a rad. ܪܗܛ, vel coll. Arabum هجا *conjungens* literas *in syllabas*) *Schevatis* quasi *quiescentis*, aut *infra* se, ante literam syllabam finientem, *Mehagjono* (ܡܗܓܝܢܐ *meditari faciens*) vocalis quasi E, rarius vocalis A notam: ut ܡܠܟܬܐ (*mal'ctho*) *regina*; ܕܚܠܬܐ (*dechheltho*) *timor*, ܢܒܢܘܢ (*nebhanjon*) *aedificabunt*. Quomodo etiam *Rucoch* aliquando *Schevatis mobilis*, et *Cuschoi* contra *Schevatis quiescentis* nota evadat, docebit § 7. Sub hujusmodi denique literis ante literam sequentis vocis initialem *vocali* curentem soli poëtae subjiciunt lineolam *Mehagjono*. De aliis lineolis § 11, 1, 3, 4. agendum nobis erit.

Obs.

De origine et usu utriusque hujus lineolae.

3. Literae autem vocali destitutae, multo frequentioris usus sunt apud Aramaeos, quam apud Hebraeos et inprimis quam apud Arabes. Scilicet apud Aramaeos non tantum, ut apud Hebraeos, literae, quae *Praeformantes* (§ 39.) et literae, quae *Praefixa* (§ 87.) omninoque literae, quae vocantur *serviles* propemodum omnes, in syllabae principio ex ordine proprie hac ratione cum scribendae sunt, tum ante literam vocalem habentem scriptae fere semper manent (§ 21.), verum insuper et prioris generis literae in Verbis,

media radicali *quiescentibus* (§ 58.), et plerarumque radicum (§ 33.), et aliarum etiam quarundam distinctivarum formarum nominalium literae *initiales* sine vocali scribuntur, quae apud Hebraeos, ut apud Arabes nulla non litera cujuscunque tandem syllabae *initialis*, vocalem habent. Conf. v. c. יִפְקֹד et ܢܶܦܩܽܘܕ cum יִפְקֹד et يَفْقِدُ, יָקוּם et يَقُومُ cum יְקוּם et ܢܩܘܡ *surget*, *stabit*, פָּקַד et فَقَدَ cum פְּקַד et ܦܩܰܕ, סֵפֶר et سِفْرٌ cum סְפַר et ܣܦܰܪ *liber*. Conf. porro praeter § 63. ceteras modo citatas paragraphos, in quibus, ut et alias alia etiam exempla nobis occurrunt.

Obs.

De paragraphi hujus momento.

§ 5.

MAPPIK.

Punctum hocce *Mappik*, tanquam *motus* nota, uni nunc tantum literae הּ *finali* post vocalem *mobili*, non *quiescenti*, atque adeo pronuntiandae, more quidem Hebraeorum, apud Chaldaeos quoque imprimitur; sed tamen partim frequentius, partim minus frequenter.

Syri vero et Arabes hoc quoque punctum non habent (§ 2.), quippe qui eo non ita indigeant; (§ 17, II.); etsi in sermone Arabico aliud quoddam signum, *Hamza* nempe illud, quatenus uni literae *Aleph mobili* proprium est, et ejusdem hujus literae sive pulsae, sive etiam, secundum maxime receptam grammaticorum doctrinam, in *Vau* vel *Je* mutatae nota est, quemadmodum in sermone Syriaco punctum, quod supra se habet Particula ܐܘ̇ *aut* (§ 7, II, 3, d.) huic puncto *Mappik* quodammodo respondere dici potest.

Quaest.

Quare partim saepius partim rarius usurpatur Mappik apud Chaldaeos, quam apud Hebraeos; et quae porro hujus paragraphi argumento obstare videntur?

§ 6.

PUNCTUM LITERAE ש ET ܪ.

Quemadmodum una eademque haecce figura ש apud Hebraeos et Chaldaeos diverso modo pronuntiatur, pro diverso *puncti* situ, et quemadmodum plures eaedem figurae apud Arabes, pro diverso modo, quo *puncto*, vel etiam quo *punctis* notatae sunt, diversa ratione pronuntiantur et eatenus diversae quasi fiunt literae, ita quoque una eademque haec figura ܪ apud Syros, modo est *Dolath*, modo *Risch*, prouti nempe

punctum vel *infra*, vel *supra* se habet expressum, uti iam literarum nos tabella docuit. Cum hoc porro *puncto*, tam illius quam hujus literae nota, alia *puncta* coalescere solent. Vid. § 3, 3. et § 7, II, 3, b.

Quod ad literam *Sin* attinet: hanc non habent Syri, sed solam habent literam *Schin*, quam ergo, ut Arabes suam plerumque literam س, rarius ش, pro שׂ substituunt. Conf. v. c. ܫܠܡ sive ܫܠܶܡ et سَلِمَ cum שָׁלֵם *integer fuit*; شَمْسٌ cum שֶׁמֶשׁ *sol*, nec tamen, idque more etiam Arabum, semper. Conf. v. c. ܬܠܓܐ et ثَلْجٌ cum שֶׁלֶג *nix*, et ܫܬ cum שֵׁשׁ *sex*. Pro שׂ vero, qua carent, substituunt *Semchat*, ut Arabes plerumque ش et rarius س: ut ܣܛܶܢ, شَطَنَ et שָׂטַן *adversatus fuit*; ܥܣܰܪ, عَشْرٌ et עֶשֶׂר *decem*, שָׁלָה et سَلِيَ *quietus fuit*.

Chaldaei plerumque Syros, subinde Hebraeos sequuntur, idque in uno etiam eodemque vocabulo: ut סְבַר et שְׂבַר *contemplatus est*, שָׂוָה et שָׁוָה *aequus fuit*, עֲסַר aeque ac עֲשַׂר et עֶשֶׂר *decem*, שֵׁת et שֵׁשׁ *sex*.

Apud ipsos etiam Hebraeos pro שׂ aliquando substituitur modo שׁ, modo ס, modo ת: ut שָׂעַר non minus quam שָׁעַר et סָעַר est *horruit*, בְּרוֹשׁ et בְּרוֹת *cupressus*.

Quaest. 1.

Quidni etiam Syri, ut Hebraei et Arabes, Sin habent; et quare Chaldaeis, quam Hebraeis rarioris usus est litera שׂ*?*

Quaest. 2.

Unde memoratarum literarum permutatio exstitit?

Obs.

De paragraphi hujus momento.

§ 7.

DAGESCH, RUCOCH, CUSCHOI ALIAQUE PUNCTA DIACRITICA.

I. Chaldaei *Dagesch forti* ac *leni* quidem utuntur, nec tamen eo semper, quo Hebraei modo, et praeter illud, sive *Dagesch forte*, alias etiam habent *duplicationis* sive *omissae literae* notas.

1. *Dagesch forte* apud Chaldaeos, non ut *Teschdid* apud Arabes, unicuique literae qualicunque tandem illi, sed more Hebraeorum, omnibus literis, exceptis *gutturalibus* et *Resch* (§ 17, VI, 1.) inprimitur, et pro duplici, quo literis potissimum inprimitur proposito, partim etiam *characteristicum*, partim *compensativum* a grammaticis appellatur. Illo ergo, sive *characteristico* exprimuntur species *dagessatae*, hoc, sive *compensativo* formae, prima, secunda vel

tertia radicali *defectivae* eaeque *incremento* nempe *finali* auctae: ut v. c. פַּקֵּד *Paël* pro פַּקְקֵד, מַתְּנָא *donum* pro מַנְתְּנָא, עַלַּת *ingressa est* pro עַלְלַת a עַל pro עֲלַל *intravit.* De puncti porro hujus quasi et *transpositione* et *mutatione*, uti etiam de ejus *omissione* vid. § 27. Denique *Dagesch euphonicum*, ubi usurpatur, usurpatur more Hebraeorum et proin ejus character, quo indicatur, uti etiam usus, cui inservit, prorsus alius est quam *Teschdid euphonici* apud Arabes.

Quaest.

Quid de dicti Dagesch euphonici apud Chaldaeos usu statuendum?

2. *Dagesch lene*, quo Arabes, quibus *adspirata* literae pronuntiatio adscripto puncto indicatur, non indigent, apud Chaldaeos nec pluribus, nec aliis nunc literis, quam sex hisce ת, פ, כ, ד, ג, ב, quibus apud Hebraeos inprimitur, neque etiam iis, aut alio proposito, aut aliis universe in casibus inprimitur. Hinc quoque more Hebraeorum, Adfixa secundae personae pluralis numeri, hujus *Dagesch* usum propter easdem pariter caussas respuere solent: ut מְפַקְּדְכוֹן non מְפַקְּדְכּוֹן *visitare vos*, *masc.* et מְפַקְּדְכֵן non מְפַקְּדְכֵּן *visitare vos*, *fem.* De ejus autem usu, uti etiam de ejus neglectu in sermone Hebraeo non ita obvio, vid. § 17, I et § 28.

II. Syri non minus quidem, quam Hebraei, Chaldaei et Arabes suas habent Species *dagessatas*, suas Verborum, Nominum Particularumque formas vario modo variisque de caussis *defectivas*, atque adeo non minus aliqua et *duplicandae* et *deficientis* literae indigent nota eaque pariter proin tam *characteristica* quam *compensativa*; nihilominus tamen plerumque usurpant neutram. Scilicet res sic se habet: sola fere, ut grammatici loquuntur, *analogia* in sermone Syriaco una est et *duplicationis* et *defectus* nota; in certis tantummodo quibusdam casibus moris est, ut haecce nota ope unius alteriusve modo *literae*, modo *puncti* exprimatur.

1. Universe utraque cum *duplicationis* tum *defectus* nota una indicatur *analogia*, sive conformitate sermonis Syriaci cum alia dialecto, Chaldaica maxime et Hebraica. Ita formam v. c. ܦܰܩܶܕ et ܐܶܬܦܰܩܰܕ constituere speciem *dagessatam*: priorem quidem *activam* sive *Paël*, posteriorem *passivam* sive *Ethpaäl* a grammaticis plerumque appellatam, sive uno verbo, in utraque hac forma mediam radicalem proprie per *Dagesch characteristicum* esse duplicandam, patet ex Arabum فَقَّسَ et فُقِّسَ, ex Chaldaeorum פַּקֵּד et אִתְפַּקַּד et ex Hebraeorum פִּקֵּד, פֻּקַּד et הִתְפַּקֵּד. Similiter ܐܶܬܩܶܕ *observabis* scriptum esse pro ܐܶܬܢܩܶܕ seu potius pro ܐܶܬܢܩܶܕܘ̇ a rad. ܢܩܶܕ, atque adeo mediam radicalem

proprie cum *Dagesch compensativo* esse scribendam, liquet ex Chaldaeorum תִּטַּר a radice נְטַר *observavit*, quodque etiam confirmatur Hebraeorum תִּטַּר sive תִּטּוֹר pro תִּנְטֹר sive תִּנְטוֹר a rad. נָטַר *observavit.*

Quaest.

Quidni Syri etiam literas, variis de caussis proprie duplicandas, non duplicant; et ad quae rerum capita attendendum, ut nobis dubium ratione habita hujusmodi formarum tollatur?

2. Sex autem literae ܬ, ܦ, ܟ, ܕ, ܓ, ܒ quodammodo *Dagesch forte* admittere censentur. Scilicet hae literae apud Syros, more Hebraeorum ac Chaldaeorum, pro diverso, quem in vocibus occupant loco, duplici diverso modo pronuntiantur, partim cum *adspiratione*, partim non cum *adspiratione* (§ 17, I.). Cum *adspiratione* pronuntiandae punctum *infra* se, sine *adspiratione* pronuntiandee punctum *supra* se habent. Infernum illud punctum appellatur, *Rucoch* (ܪܽܘܟܳܟ݂ *mollities*,) supernum *Cuschoi* (ܩܽܘܫܳܝ *induratio.*) Prius ergo punctum sive *Rucoch* vi usuque tenus convenit et cum puncto, quo *adspirata* literarum in sermone Arabico pronuntiatio indicatur et cum lineola *Raphe* (רָפֶה *remissum*,) tanquam *adspirationis* nota sex hisce literis in manuscriptis et antiquis Bibliorum

Hebraicorum exemplaribus superscribi solita, sed in ceteris dein editionibus fere omnibus non usurpata; posterius vero punctum seu *Cuschoi* cum *Dagesch leni.*

Jam vero, cum haec propria utriusque hujus puncti vis sit, cum porro *Scheva* sub nulla non litera *Dagesch forte* habente semper *mobile* sit, et denique, cum *Dagesch forte* literas *adspiratas* non tantum duplicet, verum etiam *adspiratione* privet; intelligitur utrumque hocce punctum eatenus *Dagesch fortis* officio in sermone Syriaco fungi posse, idque quidem *Rucoch* ratione habita literae praecedentis vocalem non habentis, *Cuschoi* vero ratione habita ipsius literae, cui superscriptum est; intelligitur item *Rucoch* eatenus indicare posse cum *Schevate mobili*, et *Cuschoi* cum *Schevate quiescente* praecedentem literam vocali destitutam, proprie scribendam esse, atque adeo ope utriusque hujus puncti posse distingui aliquot in sermone Syriaco earundem et literarum et vocalium, sed diversae originis et significationis formas, ope ceterarum dialectorum, diversas ob caussas non explicandas. Ita v. c. docet *Rucoch*, literam *Lomad* proprie cum *Dagesch compensativo*, et proin simul etiam cum *Schevate mobili* scribendam esse in vocabulo ܡܶܠܠܳܐ *Verbum*: coll. Hebr. מִלָּה et Chald. מִלָּא; *Cuschoi* porro literam *Beth* in voce ܩܰܒܰܪ *sepelivit plures*, ex ordine per *Dagesch characteris-*

ticum esse geminandam: coll. Hebr. קְבַר et Chald. קְבַר. Et ita denique constat ܢܶܨܒܽܘܢ et ܢܶܨܒܽܘܢ v. c. diversae originis esse formas: priorem significare *plantabunt*, posteriorem *volent*, atque adeo illius radicem esse ܢܨܰܒ *plantavit*, hujus vero ܨܒܳܐ *voluit*.

3. Reliqua, quae habentur puncta *diacritica*, hic describenda, non *duplicationis*, non *defectus* neque etiam proprie *Schevatis*, sive *mobilis*, sive *quiescentis* sed *vocalium* et *alius* etiam *generis* sunt notae, quibus alias ob caussas earundem pariter literarum earundem quoque subinde vocalium voces diversam aut significationem aut vim habentes a se inviciem discernuntur.

a. Et primum quidem horum punctorum est illud, quod diversam indicat vocalem, prouti huic illive hujusmodi vocum literae vel *superscriptum*, vel *subscriptum* invenitur. Ita v. c. ܡܰܢ est ܡܰܢ *quis?* ܐܰܝܳܐ est ܐܰܝܳܐ *quaenam?* ܐܳܬܳܐ est ܐܳܬܶܐ *veniens*; sed ܡܶܢ est ܡܶܢ *a*, *ex*, ܐܺܝܕܳܐ est ܐܺܝܕܳܐ *manus*, ܐܳܬܳܐ est ܐܳܬܳܐ *signum* et ܐܶܬܳܐ est ܐܶܬܳܐ *venit*. Qua vocalis vi, nempe ă, maxime vero vi vocalis ĕ lineola *Mehagjono* (§. 4, 2.) et punctum, mox (sub lit. c.) describendum, vi vocalis modo ă, modo ī, modo ō etiam subinde usurpatur.

b. Alterum porro est geminum punctum (ܪܒܘܨܐ

Ribui, seu *Ribbui multiplicatum* dictum), quod cum vi terminationis *pluralis numeri* huic illive literae hunc in modum (̈) superscribitur, ita tamen, ut iuxta literam *Lomad* scribatur, vel ei sic (ܠ̈) saepe etiam quasi incumbat, et ut horum punctorum unum cum vocali Syriaca *Petocho*, et ut vocalis Syriaca *Secopho*, cum puncto literae *Risch*, quae omnium maxime *Ribui* notari solet, coalescat, quemadmodum vocalis Syriaca *Petocho* cum puncto literae *Dolath* (§ 3, 3.) Ita v. c. ܠܒܘܫܐ est ܠܒܘܫܐ *vestis*, ܟܘܠܝܬܐ est ܟܘܠܝܬܐ *ren*, ܐܪܡܠܬܐ est ܐܪܡܠܬܐ *vidua*, ܡܛܝ est ܡܛܝ *pervenit* masc. ܐܬܟܣܝ est ܐܬܟܣܝ *tectus est*, ܒܩܪܐ est ܒܩܪܐ *bos*; sed ܠܒ̈ܘܫܐ est ܠܒ̈ܘܫܐ *vestes*, ܟܘ̈ܠܝܬܐ est ܟܘ̈ܠܝܬܐ *renes*, ܐܪ̈ܡܠܬܐ est ܐܪ̈ܡܠܬܐ *viduae*, ܡܛ̈ܝ est ܡܛ̈ܝ *pervenerunt* fem. ܐܬܟܣ̈ܝ est ܐܬܟܣ̈ܝ *tectae sunt*, ܒܩ̈ܪܐ est *grex boum*. Conf. porro ܡܠ̈ܟܐ *reges*. — Cum duobus autem hisce punctis, quae *Ribui* efficiunt, praeter omnem sane necessitatem in libris vocalium apparatu instructis plerumque scribuntur Nominum pluralium utriusque generis in statu sive *absoluto*, sive *emphatico* sive

Adfixionis positorum, Verborum porro pluralium feminini generis, Particularum denique pluralium formae tam *absolutae*, quam cum *Adfixis* copulatae: utpote characteristicas *numeri pluralis* notas ubique habentes (§ 68. 69. 94. 90. 91. 92. 95.) Et Nomina, quae appellantur *collectiva*, hanc suam vim pari, quo aliis iu linguis, modo unicuique sponte satis superque monstrare solent. Neque etiam difficilius diversae, quae a grammaticis e Verborum tertia *radicali quiescentium* genere citantur, partes, iisdem literis iisdemque item vocalibus scriptae distinguantur, quam aliae varii generis formae ob eandem caussam eatenus non minus quoque dubiae.

Obs.

De grammaticorum doctrina: duorum, quibus litera **Risch** *scripta occurrit, punctorum alterum minime semper unam numeri pluralis esse notam, verum indicare illud haud raro etiam vel primam cum Praeteriti, tum Futuri personam, vel Participium praesens.*

c. Tertium punctum *diacriticum* est illud, quod haud male *Verbale* appellaveris, utpote solis Verbis proprium, idque quidem ita, ut modo huic, modo alii in iis literae adscriptum sit. Nimirum Infinitivus, pleraeque porro cum Praeteritorum tum Futurorum, uti etiam *activorum* Imperativorum personae *infra* se; sed cum prima singularis numeri Praeteritorum, tum prima utriusque numeri Futurorum persona, et Participia

activa punctum *supra* se habent. Conf. v. c. ܡܶܟܬܰܒ *scribere*, ܟܬܰܒ *scripsit*, ܢܶܟܬܘܽܒ *scribet*, ܟܬܘܽܒ *scribe*; ܟܶܬܒܶܬ *scripsi*, ܐܶܟܬܘܽܒ *scribam*, ܢܶܟܬܘܽܒ *scribemus*, ܟܳܬܶܒ *scribens*. Unum tantum Verborum media *radicali* ܘ *quiescentium* in specie *Aphel* Participium punctum *infra* se habet: ut ܡܩܺܝܡ *constituens*. Tertia denique persona sing. num. fem. gen. unum et saepe duo puncta sibi adscripta habet, et duo quidem puncta, ubi usurpantur, nunc hac nunc alia ratione ponuntur: ut ܟܶܬܒܰܬ, vel ܟܶܬܒܰܬ, vel ܟܶܬܒܰܬ vel etiam ܟܶܬܒܰܬ *scripsit*. — Conf. porro aliorum grammaticas, in quarum plerisque, uti omnia, ita etiam ea, quae nos de hocce puncto *Verbali* monuimus, distinctius pleniusque descripta sunt, et ipsum item Verborum, quod vocatur paradigma, dicto modo punctatum, exstat totum.

d. Quartum denique punctum *diacriticum* incumbit literae ܘ in Particula ܐܰܘ *aut*, ut ita etiam, deficientibus vocalibus, distinguatur a Particula *exclamandi* ܐܘ *o!* Quocirca punctum monet literam ܘ pronuntiandam, lineolam vero, hanc literam non pronuntian-

dam esse. De aliis punctis mox § 8. Praeter puncta habentur item lineolae *diacriticae*, de quibus § 11, 4.

Obs. 1.

Horum punctorum omnium historia, fluctuans usus, et diversa grammaticorum de iis iudicia.

Obs. 2.

De puncto eoque vario alio proposito huic illive literae in quibusdam vocibus superscripto.

§ 8.

ACCENTUS ET RELIQUA DISTINCTIONIS PUNCTA SIVE SIGNA.

1. Accentus variae formae signis expressi, solis in Hebraicis et Chaldaicis scriptis usurpantur, sed in reliqua scriptura orientali non item. In hac tantummodo usurpantur modo hujus, modo alius figurae signa, quibus majores ac minores sermonis partes distinguuntur. Nihilominus tamen in hac ipsa etiam orientali, prorsus ut in nulla non alia scriptura toni figendi signis destituta, nunc haec, nunc alia cujusvis vocabuli syllaba, non minus, quam in Hebraica et Chaldaica scriptura κατ᾽ἐξοχην inter pronuntiandum accuenda est; quaemadmodum nobis ex iis, quae § 9. disputaturi sumus, patebit.

2. De accentibus sermoni Chaldaico propriis non

opus est, ut quicquam moneamus, propterea quod in eo eadem sunt accentuum nomina, idem numerus, eadem forma, idem situs, eadem pariter vis: paucis, quia hicce accentuum apparatus totus est ipse ille, qui in sermone Hebraeo teritur. Hoc unum tantum monendum, multo frequentiorem et alium etiam esse in hoc, quam in illo sermone accentuum usum, de quo etiam mox ad § 9. plura.

Quaest.

Unde multo rarior in Chaldaica, quam in Hebraica, et nullus in ceteris dialectis accentuum usus repetendus est?

3. Quod jam ad illa frequentissimi usus puncta, sive signa, quibus in libris Syriacis sermo in maiores et minores partes aut dividitur, aut quibus finitur, attinet: animadvertendum, et haec quoque non longa disputatione indigere: cum alias ob caussas, tum etiam ob multum arbitrii, quod in hacce sermonis supellectili, locum habere solet, ita ut apud alios scriptores alius signorum sit numerus, alius usus, alia forma, alia etiam vis. Quamobrem suffecerit nunc nobis praecipua distinctionis signa universe verbo indicasse. Sunt autem illa quatuor, eaque vel uno, vel quatuor, vel duobus punctis expressa. Uno *puncto*, uti etiam quatuor punctis sic (·∴·) aut ita (∷) dispositis iisque modo una, modo duabus, modo pluribus etiam vicibus pari distantia ad lineae complementum scriptis, vis nostri *puncti* exprimitur;

ceterisque duobus punctis, triplici hoc modo (:), (:) aut (.:) positis varii generis minores et majores sermonis partes indicantur.

Obs.

De aliis quibusdam interpunctationis signis, sive notis alio etiam proposito usurpatis.

§ 9.

ACCENTUS TONICI.

1. Haud magis profecto nobis datum est, tradere generales quasdam regulas, omni dubio majores et ubique semper valentes, de *tono figendo*, quam de literarum, vocalium aliorumque punctorum *pronuntiatione.* Universe autem, ut videtur, non sine rationibus, secundum communem grammaticorum doctrinam, ponitur, apud Aramaeos, plerumque, uti apud Hebraeos, *posteriorem*, rarius *priorem*, non vero ut apud Arabes *penultimam*, vel etiam *antepenultimam* syllabam *summo* cum *tono* esse proferendam.

2. Tametsi vero omnes voces apud Aramaeos more Hebraeorum ita sese habent, vel, ut cum Judaeorum grammaticis loquamur, partim מִלְּרַע *acutae* sunt, partim מִלְּעֵיל *penacutae*; tamen haud paucae earumdem literarum ejusdemque etiam significationis voces

apud Hebraeos tonum in Syllaba *priore* habentes, apud Aramaeos, et apud Syros maxime, si verum est, quod plerique grammaticorum contendunt, in certis quibusdam casibus a literarum ܘ et ܝ pronuntiatione prorsus abstinendum esse, unius tantum syllabae sunt, et contra multae aliae hujusmodi voces apud illos *acutae*, apud hos *penacutae* sunt; imo vero etiam habentur hujus generis vocabula, quae apud Chaldaeos *acute*, apud Syros *penacute*, ut quidam grammaticorum contendunt, pronuntiantur. Conf. v. c. פְּקַד cum פְּקַד et ܦܩܶܕ, (§ 4, 3.) מֶלֶךְ cum מְלֵךְ, et ܡܰܠܟ̣ *rex* (§ 63, 1, 2, 3.) פִּקְּדוּ cum פִּקְדוּ et ܦܩܶܕܘ (§ 17. IV), מַלְכָּא (*malcō*) cum ܡܰܠܟܳܐ (*mālco*) *rex*. De qua voce etiam mox sub num 3.

Quaest.

Unde descriptum hocce discrimen ratione habita toni figendi inter memoratas dialectos repetendum?

3. Denique, ut memoratam communem grammaticorum doctrinam paulo distinctius proponamus, *posterior* syllaba, perinde *purane* sit an *mixta* (§ 13.) fere semper *summo* cum tono pronuntianda est. Nam, ut sumitur, e formis *nudis*, sin minus unice, certe potissimum excipiendae sunt formae Hebraeorum *segolatis* respondentes, uti etiam subinde formae *pau-*

sam constituentes, in quibus solis *prior* syllaba *acute* pronuntietur (§ 63, 1, 2, 3. § 30.) Praeterea *tonus*, ut item sumitur, et raro *retrahitur*, et ad cuncta propemodum cujusvis generis *incrementa finalia* regularitur *deducitur* (§ 30.) ita ut etiam formae non *nudae*, paucissimae vel fiant, vel maneant *penacutae*.

Quaest. 1.

Quae obstant, quominus satis certi esse possimus de vera toni figendi ratione?

Quaest. 2.

Quale judicium de urgumentis, quibus nititur tradita communis grammaticorum doctrina de syllabis dispari ita ratione pronuntiandis, ferendum?

§ 10.

ACCENTUS EUPHONICUS.

Vocales, sive syllabae ob deductum accentum *tonicum* proprie ex ordine mutandae, verum diversas tamen ob caussas saepe servaudae, quemadmodum etiam syllabae *purae*, identidem similibus de caussis, nec in *mixtas* convertendae nec destruendae in sermone Chaldaico, maxime apud *Danielem*, *Esram*, et *Onkelosum*, ad Hebraeorum exemplum accipiunt accentum *euphonicum*, cujus ope fit, ut manere que-

ant; in sermone vero Syriaco, hujusmodi vocales et syllabae per se, ut sponte intelligitur, ob ea, quae (§ 8, 1.) diximus, locum suum tuentur. Conf. v. c. עָלְמִין, cum ܥܳܠܡܺܝܢ a sing. עָלַם, ܥܳܠܡܳܐ *seculum.*

Quaest. 1

Quare rarioris usus est accentus euphonicus apud Chaldaeos, quam apud Hebraeos?

Quaest. 2.

Quare in sermone Syriaco, multo minus frequenter quam in Hebraico et Chaldaico accentus euphonicus, si vel maxime in usu esset, usurparetur?

§ 11.

LINEOLA MAKKEPH, OCCULTANS ET ALIAE LINEOLAE.

1. *Makkeph* lineolam una cum literis ceterisque varii generis punctis Chaldaica scriptura Hebraicae debet. Quamobrem nec alius in illo, quam in hocce sermone ejus usus est, nec alia etiam ejus vis.

Quaest.

Quid tamen discriminis in hujus lineolae usu apud Chaldaeos observatur?

6

2. Hanc lineolam, quemadmodum alia Hebraeorum et proin etiam Chaldaeorum puncta, Syri quidem non habent (§ 2.); sed habent tamen ejusdem formae lineolam, quae pro vario, quo fungitur officio, modo *Occultans*, modo *Marhetono*, modo *Mehagjono*, modo denique lineola *diacritica* appellatur. De lineola cum *Marhetono* tum *Mehagjono*, utpote quodammodo *Schevatis quiescentis* nota jam egimus § 4, 2. Itaque lineola tantum et *occultans* et *diacritica* etiam nunc nobis adumbranda restat.

3. Quod igitur ad lineolam *Occultantem* attinet: haec grammaticis ita appellatur, quia monet literas, quibus subjecta est, quamvis scriptas, non proferendas, sed inter pronuntiandum *occultandas* esse, perinde ac si non adessent omnino: ut ܐܚܪܝܐ (*Chrojo*) *ultimus*. — Plenius ejus usum significabimus § 17, V. ubi indicandum, et quibus literis subjiciatur et quibus in casibus. Atque ita nobis patebit, hanc lineolam plerumque simul etiam *diacriticam* esse: nam una eademque litera, fere semper in una eademque voce, lineolam *occultantem* nunc accipit, nunc non accipit, pro diversa vi, qua hujusmodi vox capienda sit. Cum hac ergo lineola comparari quodammodo potest et modo memorata lineola *Makkeph* et Arabica *conjunctionis* signum *Vecla* appellatum.

Obs.

Diversa grammaticorum de hac lineola judicia.

4. Lineola *diacritica* κατ᾽ἐξοχὴν ita appellata, haud uno, sed vario officio fungitur, pro varia vi, qua literis modo *superscribitur*, modo *subscribitur*. — *a. Superscripta*, est nota scriptionis *compendiariae*, in sermone item Arabico et maxime Rabbinico, frequenter ratione habita cum aliquot vocum, tum notarum in primis Arithmeticarum usitatae: ut ܫܘ pro ܫܘܒܚܐ *gloria*, ܝܗ *quindecim*, atque adeo eatenus huic lineolae respondet Arabum *Medda*, duplicem hanc etiam vim habens. In una Particula ܐܘ *o!* literae ܘ incumbit eodem consilio, quo eidem huic literae in eadem etiam hac Particula ܐܘ *aut* punctum § 7, II, 3, d. — *b. Subscripta* vero mediae Verborum *radicali*, est nota Imperativorum *passivorum*. Conf. § 45 et 46. — *c.* Literae porro ܠ ante ܗ *subscripta*, monet illam ut *Olaph* vel *pronuntiandam*, vel *non pronuntiandam* esse, prouti vel cum vocali tam originali, quam literae *Olaph* vicaria scribitur, vel prouti utramque hanc vocalem more etiam literae *Olaph* in praecedentem literam *servilem* vocali destitutam rejecit: ut ܠܗܢ (*ohen*) pro ܠܗܢ *aptus*, ܠܘܗܕܢܐ (*ouhedojo*) *memoria* pro ܠܘܗܕܢܐ a rad. ܠܗܕ (*ehad*) *recordatus est* pro ܠܗܕ, ܠܗܢ (*ehan*) pro ܠܗܢ *convenit*, (17, VII, 3.); ܕܠܗܢ (*do-*

hen) ejus, *quod utile est* pro ܕܝܠܗ, ܘܥܗܕ (*wehad*) *et recordatus est* pro ܘܥܗܕ § 21, I.

Ceterum praeter hanc lineolam, suam quoque vim habent aliae lineolae: *Marhetono*, *Mehagjono* et *occultans* (§ 4, 2. § 17, V. De punctis *diacriticis* vid. § 7.

Quaest. 1.

Quae huic doctrinae ratione habita usus hujus ineolae sub media radicali in Imperativo et sub ܟ *ante* ܗ *opponi possunt?*

Quaest. 2.

E quibus caussis scriptionis compendia in memoratis dialectis exstiterunt?

Obs.

De momento usus hujus lineolae sub litera ܟ.

Et haec quidem nobis dicta sufficiant de priore *elementorum* capite, sive de *literis* ac *punctis*, quapropter transeamus jam ad posterius eorum caput de *syllabarum ratione* breviter exponendum.

CAPUT II.

SYLLABARUM RATIO.

Quandoquidem autem praecipua Aramaeorum *elementa*, quae hucusque qualicunque modo descripsimus, cum illis et Hebraeorum et Arabum vel prorsus, vel summatim saltem eadem sunt; *syllabarum* pariter, ut sponte intelligitur, *ratio* etiam vel prorsus, vel summatim eadem esse debet: quamquam eaedem haud raro literae, apud Hebraeos duas et apud Arabes tres efficientes syllabas, apud Aramaeos unam tantummodo syllabam constituunt, § 9, 2. Quae cum ita sint, syllabarum *ratio* in sermone item Aramaeo quatuor rerum capitibus absolvitur: earum nempe *formatione*, *divisione*, certa quadam *quantitate* et denique *scribendi modo a dextra ad sinistram.*

§ 12.

SYLLABARUM FORMATIO.

1. *Syllabae* mutua *literarum* ac *vocalium* conjunctione formantur: idque quidem ita, ut nullius non syllabae pronuntiatio a *litera* proficiscatur.

Quaest.

Quae non favere videntur positioni: omnis syllabae pronuntiationem a litera proficisci?

2. Apud Chaldaeos, prorsus ut apud Hebraeos, vocalis *longa* cum sola sua litera syllabam format, sed *brevis* praeter suam literam indiget alius, aut literae, aut accentus auxilio; apud Syros vero, ut apud Arabes, vocalis *brevis* non minus quam longa ope *unius* suae literae syllabam format. Conf. v. c. פָּקְדוּ cum ܝܬܶܒ *sedit* et وَثَبَ *sedit* et *saliit.*

3. Tametsi quaelibet syllaba *unius* semper et *literae* et *vocalis* esse debet, tamen *duarum* literarum *mobilium* esse potest, *totidem* vero vocalium nunquam. Hinc non magis apud Aramaeos, quam apud Hebraeos et Arabes veri nominis habentur *diphthongi.* Et duae illae literae, secus quam apud Arabes fieri solet, apud Aramaeos, plane ut apud Hebraeos, saepe syllabam *initialem* non tantum inchoant, verum etiam *finalem* claudunt. Conf. v. c. פְּקַד, ܦܩܘܿܕ et פְּקֹד cum أُفْقُدْ, פְּקַדְתְּ, ܦܩܰܕܬ݁ et פָּקַדְתְּ cum فَقَدْتِ. Alia exempla § 4, 3. exstant.

Quaest. 1.

Quae improbare videntur positionem: in memoratis dialectis veri nominis diphtongos non inveniri?

Quaest. 2.

Quomodo factum, ut multo frequentius duae literae syllabam apud Aramaeos inchoent?

4. Duae literae quando syllabam *inchoant*, quod perquam frequenter apud Aramaeos accidit, (§ 4, 3.) semper, prorsus ut apud Hebraeos, *mobiles* sunt, quando vero syllabam *finiunt*, item *mobiles* quidem esse possunt, nec tamen semper esse debent; sed saepe modo prior *mobilis* et posterior *otians*, modo prior *quiescens* et posterior vel *otians*, vel *mobilis* esse potest: ut פְּקֹד, ܦܩܘܿܕ, פָּקַדְתְּ, ܦܩܰܕܬ݂, אַנְתְּה *tu* comm. ܐܢ̱ܬܝ *tu* fem. הוּא *ille*, ܡܘܿܚܪܐ *cunctatio*, מַלְכוּת, ܡܰܠܟܘܼܬ݂ܐ *regnum.*

Quaest.

Quare plures et saepius literae apud Syros, quam apud Hebraeos otiantur?

5. Plures vero quam duae literae *mobiles*, nunquam ante, nec etiam saepe post vocalem in syllabis admittuntur, et in medianis syllabis, ne duae quidem hujusmodi literae unquam aut ante, aut post vocalem, quaemadmodum mox videbimus. Quapropter, ubi accidit, et varias ob caussas centies accidit, ut duabus literis syllabam, sive *inchoantibus* praeponenda, sive *finientibus* apponenda sit alia litera; ibi propter hanc tertiam literam semper nova creanda est syllaba. Idem quoque fit, ubi duarum literarum pronuntiatio ope unius praecedentis vocalis minus placeat. Posterius

hocce multo rarius apud Aramaeos, quam apud Hebraeos, locum habere solet. § 21 et 22.

6. Denique in *mediis* vocibus *duae* literae *mobiles*, vocali destitutae unam eandemque syllabam nec *fiunt* simul nec *inchoant*, sed *prior* ad praecedentem, *posterior* litera ad sequentem semper vocalem refertur, atque ita illa priorem claudit, haec posteriorem incipit syllabam: ut יִפְקְדוּ, ܢܶܦܩܽܘܢ. Quomodo autem apud Syros subinde haud una ratione significetur, utra litera ex analogia cum *Schevate* aut *quiescenti*, aut *mobili* proprie scribenda sit, dictum est § 4, 2. et § 7, II, 1, 2.

Quaest.

Unde explicandum, cur universae Aramaeorum syllabae minus probabiliter formatae sint; et in quibusnam Chaldaeorum monumentis syllabarum formatio omnium maxime displiceat?

§ 13.

SYLLABARUM DIVISIO.

1. Altera syllabarum affectio spectat earum *divisionem*, paucis item adumbrandam: paucis, inquam, nam ob ea, quae et antea, et modo etiam in capitis hujus exordio diximus, intelligitur Aramaeorum item syllabas, partim esse *puras*, seu *simplices*, partim

mixtas, seu *compositas*. Quamobrem suffecerit hic nobis utriusque generis syllabas uno alterove exemplo illustrasse. Ita v. c. in קָמוּ, ܩܳܡܘ *surrexerunt*, et in פְּקִידָא, ܦܩܺܝܕܳܐ utraque syllaba est *pura*, sed in עָלַם, ܥܳܠܡܳܐ *saeculum* prior *pura*, posterior *mixta* est.

2. *Scheva* autem *quiescens* more Hebraeorum sub litera *finali* plerumque non exprimitur, uti nunquam ante *Dagesch forte*; apud Syros vero semper latet: ut v. c. in פְּקַד, ܦܩܰܕ pro פְּקַדְ, פַּקֵּד, ܦܰܩܶܕ pro פַּקְּקֵד, ܦܩܽܘܕ. Conf. porro § 4. Intelligitur ergo, alium esse, quam in sermone Arabico, *Schevatis quiescentis* usum: non tantum, propterea quod *Djezma* ab una parte in pluribus casibus latet, verum etiam, quatenus ab altera parte litera *finalis* vocali destituta semper cum *Djezmate*, et quatenus litera in varii generis formis, apud Hebraeos et Chaldaeos vocalem non habens, cum vocali scripta reperitur. Conf. § 4, 3.

3. Duae porro literae *mobiles* syllabam *mixtam*, nempe *finalem* illam, efficientes *Scheva quiescens* sibi, quemadmodum apud Hebraeos, subscriptum habere solent; sed apud Syros, ut facile intelligitur, non item, neque etiam, quamquam aliam ab caussam, apud Arabes. (§ 4, 1. et § 12, 3.) Conf. v. c. פְּקַדְתְּ ܦܩܰܕܬ et פְּקַדְתָּ.

4. Denique *mixtae* syllabae litera *finalis* eaque maxime *Tau*, feminini generis nota, in statu Nominum *absoluto*, apud Aramaeos per *apocopen* saepe pellitur: ut מַלְכוּ, ܡܰܠܟܽܘ *regnum* pro מַלְכוּת, ܡܰܠܟܽܘܬܳܐ.

Hoc autem verbo tantum hic ita monuimus, quoniam de literarum *objectione* proprie demum § 18 disputandi locus erit.

Quaest. 1.

Quam ob caussam Aramaei nominatam illam literam Tau tam frequenter pellunt, idque non nisi in statu absoluto?

Quaest. 2.

Ubi, et quare Syri pro puris Hebraeorum ac Chaldaeorum syllabis usurpant mixtas, uti etiam, ubi, et quare Aramaei syllabam servant, ubi Hebraei eam destruunt?

§ 14.

SYLLABARUM QUANTITAS.

Postrema, quae nobis in hocce capite syllabarum adumbranda restat proprietas, est earum *quantitas*, sive certa quaedam in syllabis pronuntiandis *mora*,

quae pro diversa earum indole, modo longior, modo brevior est.

1. Diversa diversae *morae* hujus signa, hic spectata, eaque minime omnia semper expressa, apud Chaldaeos sunt literae cum *mobiles*, tum *quiescentes*, porro *vocales*, et denique utriusque generis *accentus*. Sola autem vocalis *longa* justae *morae*, ad quamlibet syllabam pronuntiandam, necessariae est signum, *brevis* non item; atque hanc ipsam ob caussam, non ut illa, syllabam formare potest § 12, 2. Sed quid plura: requisita *mora* unicuique syllabae inter pronuntiandum tribuenda, prorsus eadem est, quam apud Hebraeos, neque etiam alia sunt signa, quibus et constituitur, et producitur, et corripitur. Hinc mox intelligitur, quae syllabarum *quantitas* sit in hisce v. c. exemplis: עָלַם *saeculum*, פְּקִידָא, פַּקֵּד, הַרְגִּשׁוּ *cum strepitu convenerunt*, מָאן *vas*, דַּהֲבָא *aurum*. Animadvertendum tamen, hanc syllabarum *quantitatem* in scriptura Chaldaica haud raro perquam negligenter constitutam esse.

Quaest.

Quomodo factum, ut tam frequenter aliquot signorum, quibus justa syllabarum quantitas indicatur, in sermone Chaldaico desiderentur?

2. Apud Syros *quantitatis* signa, quemadmodum sequitur ex iis, quae § 4. 1. et § 8. 1. diximus, non

7*

ita in oculos incurrunt omnia, sed nonnulla, plane ut apud Arabes, semper in viva voce et in universa syllabarum indole latent. Et haec diversa syllabarum indoles, cognoscitur diversa vocalium *vi* (§ 3.) et *analogia*, qua haec dialectus cum Hebraica, Chaldaica et Arabica dialectis copulata est (§ 7, II.) Ita constat, quae syllabarum *quantitas* v. c. sit in ܥܳܠܡܳܐ *saeculum*, ܩܽܘܝܳܡܳܐ, ܩܽܘܡ, ܫܐܶܠ *rogavit.*

Ceterum memores esse debemus eorum, quae respondimus ad *quaestionem* cum primam tum secundam huic paragrapho in Gramm. Hebr. subjectam.

Quaest.

Quare, et quomodo syllabarum quantitas in sermone Aramaeo haud raro minuitur?

Pars Secunda.

PRAECIPUAE MUTATIONES, QUAS VARIAS OB CAUSSAS LINGUAE ELEMENTA, IPSAE ITEM SYLLABAE, CUM SUBEUNT TUM AFFERUNT; UTI ETIAM QUORUNDAM EX HISCE OMNIBUS IMMUTABILITAS.

Post ea, quae cum in Introitu, tum in Parte prima Institutionis hujus nostrae de lingua Aramaea, qualicunque tandem ratione disputavimus, non ita continuo, ut videtur, pergendum ad describendas ipsas, quae vocantur, orationis partes, sed post adumbratam demum universam elementorum syllabarumque cum *mutabilitatem* tum *immutabilitatem*. Nam tametsi describendae nunc mutationes, minus frequentes apud Aramaeos et praesertim apud Syros habentur, quam apud Hebraeos, imo vero quodammodo etiam quam apud ipsos adeo Arabes; habentur tamen, eaeque quidem revera et multae et variae et aliae etiam illae. Praeterea utriusque hujus rei adumbratio nos sponte

ducit eo, ut dialecti Aramaeae cum Hebraica dialecto et Arabica *convenientiam* simul ac *discrepantiam* perspiciamus, quam *convenientiam* non tantum, verum etiam *discrepantiam*, probe perspectam habere, nostra profecto refert quam plurimum. Nam, quia reliquae dialecti vice plus simplici ope Aramaeae, modo confirmandae, modo illustrandae, modo supplendae sunt, et vicissim in primis haec, easdam pariter ob caussas, illarum etiam auxilio indiget; memoratae, tam *convenientiae*, quam *discrepantiae* intelligentia quantivis nobis momenti est in dialectis hisce juste dextereque secum invicem conferendis. Paucis: quo facilius, quo plenius rectiusque de ipsis aliquando orationis partibus disputemus, antea nobis, ut videtur, constare debet, quando et quare cum *elementa* tum *syllabae*, nunc varii generis mutationes et subeant et afferant, nunc nullas omnino; et quid tandem in hisce omnibus *similitudinis*, quid pariter *dissimilitudinis* inter dialectos intercedat.

Quaest.

Quare in Aramaeorum, Syrorum maxime, uti etiam in Arabum scriptis, sermonis elementa ac syllabae pauciores lenioresque mutationes, quam in illis Hebraeorum, cum subeunt, tum afferunt?

Obs.

De immutabilitatis, quae in elementis et syllabis locum habet, momento.

CAPUT I.

LITERARUM MUTATIONES.

Literarum mutationes positae sunt in earum *trajectione*, *permutatione* et *abjectione*.

§ 15.

LITERARUM TRAJECITIO.

Ob quas caussas in Hebraica et Arabica, ob easdem pariter illas in Aramaea etiam lingua literae *transponuntur*; et non minus voces Aramaeae *transpositis literis* in utroque illo sermone scriptae inveniuntur. Ita v. c. a ܪܗܛ, sive ܪܗܛ i. q. רְהַט *cucurrit*, est Imp. ܗܪܛ *curre* et ܗܪܛܘ *currite*: רְתָאָא et ܐܙܓ *gramen*: גֶּזֶל et Hebr. גָּזַל i. q. ܚܛܦ *rapuit*: חַוִּי, ܚܘܐ et Hebr. חִוָּה i. q. وَحَي *indicavit*. — De literae *Tau* in syllaba אִתְ, ܐܬ, qua species *passivae* formantur, cum literis *sibilantibus* extra formam *passivam* speciei *Aphel*, uti etiam extra formam *passivam* speciei *Peal*, in Verbis quorum media ܘ, ܘ vel ܝ, ܝ *quiescens* est, *trajectione* in grammaticis, haud unam ob caus-

sam, sin minus unice, certe potissimum describi solita § 33, II, 2. et de literae ו in media Verborum sede cum prima *radicali* litera *trajectione* § 57, 2. agemus.

Itaque, huic nostrae de literarum *trajectione* disputationi, quod nunc quidem addamus non habentes; transeamus ad describendam literarum *permutationem:* ad describendam autem eam paulo fusius pleniusque, propterea quod, et latius patet, et ad hanc etiam dialectum probabiliter tractandam, suum habet usum minime contemnendum.

§ 16.

LITERARUM PERMUTATIO.

Non rariores etiam, quam in Hebraica et Arabica literarum nobis in hac dialecto, occurrunt *permutationes* eaeque ex iisdem item caussis derivandae; nec tamen propterea, ut videtur, omnes a nobis alto silentio praetermittendae. Sunt autem illae universe duplicis generis, quatenus nempe literae Aramaeae non tantum secum invicem, verum etiam cum Hebraeorum et Arabum literis permutantur.

I. *Permutantur literae Aramaeae cum Aramaeis.*

1. Literae *mobiles* et cum *mobilibus* et cum *quiescentibus*: ut דְּרַע *et* זְרַע, ولد *semen*, בְּזָה, Hebr. item בָּזָה, sed Syr. ܒܣܐ *contempsit*; לְדְנָא et נְדְיָה *va-*

gina, ܓܘܡܨܐ, גּוּמָּצָא, כּוּמָּצָא et etiam קוּמָּצָא *fovea*, נְתַל et נְתַן *dedit*. De litera *Tau* syllabae אֶת, ܐܬ extra formam *passivam* speciei *Aphel*, et etiam extra formam *passivam* speciei *Peal*, ratione habita Verborum media ו, ܘ sive י, ܝ *quiescentium*, modo cum ד, ܕ modo cum ט, ܛ *permutari* solita. Vid. § 33, II, 2. Alia porro exempla hoc in *paragrapho*, *num.* 2 et 3 habentur, et inter ea etiam hujusmodi, quibus literarum pariter *mobilium* cum *quiescentibus* probatur *permutatio*.

2. Literae *quieti* obnoxiae cum iisdem etiam hisce literis, tam *mobilibus* quam reapse *quiescentibus*, uti quoque cum aliis literis: ut v. c. קָיְמִין, ܩܝܡܝܢ, a sing. קָאֵם, ܩܐܡ *stans* radicis קָם, ܩܡ pro קוּם, ܩܘܡ *stetit*, יְתֵב, ܝܬܒ *sedit* pro וְתֵב, ܘܬܒ; מֵאכַל, ܡܐܟܠ *edere* pro מֵאֲכַל, ܡܐܟܠ rad. אֲכַל, ܐܟܠ *edit*; ܟܘܟܒܐ, uti etiam Arab. كَوْكَب, sed Chald. uti etiam Hebr. כּוֹכָב *stella* pro ܟܒܟܒ, כַּבְכַּב; אֱלַם et עֲלַם *robustus est*, ܪܨ pro ܪܨܨ radicis ܪܨ pro ܪܨܨ *contrivit*.

3. Literae *quiescentes*, partim cum iisdem hisce literis, tam *quiescentibus* quam *mobilibus*, partim etiam cum

cum aliis literis: ut מֵימַר pro מֵאמַר *dicere* radicis אֲמַר, ܡܺܐܠܰܕ *parere* pro ܡܶܝܠܰܕ radicis ܝܺܠܶܕ *peperit*; בְּכִי, ܒܟܐ, *emph.* בִּכְיָא, ܒܶܟܝܳܐ *fletus*, עַיִן, ܥܝܢ *emph.* עֵינָא, ܥܰܝܢܳܐ *oculus*; נִשְׁמָא, ܢܶܫܡܳܐ *spiritus*, unde in *regimine* נִשְׁמַת, ܢܶܫܡܰܬ. De literae ܐ tam *characteristicae* speciei *Aphel* in *Ettaphal*, quam primae *radicalis* in speciebus *Ethpeël* et *Ethpaël* cum ܬ *permutatione*, vid. § 34, II, 1. et § 54, 3.

II. *Permutantur Aramaeorum literae cum aliis et Hebraeorum et Arabum literis.*

1. א, ܐ, tam *mobilis* quam *quiescens*, varia vi cum Hebraeorum ה, tam *mobili* quam *quiescente*, varia item vi cum *Vau* et *Jod* pariter *quiescente*, cum Arabum أ, ة et cum ي tam *quiescente* quam *mobili*. Conf. v. c. אַפְקֵד et ܐܰܦܩܶܕ cum הִפְקִיד, מַלְכָּא et ܡܰܠܟܳܐ cum הַמֶּלֶךְ et أَلْمَلِكُ *rex*, פִּקְדָא et ܦܘܩܕܐ cum פְּקֻדָּה et وَاقِدَة, גְּלָא, ܓܠܳܐ, Arab. etiam جَلَا cum Hebr. גָּלָה *revelavit*, רְמָא et ܪܡܳܐ cum רָמָה et رَمَي *jecit*, מְלָא et ܡܠܳܐ, Hebr. etiam מָלָא et מָלֵא cum

Arab. مَلَأَ *implevit*, טְאֵב et ܛܳܐܒ, cum טוֹב *bonus fuit*, ܬܺܝܪܳܘܫܳܐ cum תִּירוֹשׁ *mustum*, ܒܺܐܪܳܐ et ܒܺܐܪ uti etiam בְּאֵרָא cum بِئْر *puteus*.

2. ܟ, rarius ܒ cum פ, et ܟ quoque cum מ et ܡ. Conf. v. c. ܟܽܘܒܪܺܝܬܳܐ vel ܟܒܪܺܝܬܳܐ, כּוּבְרִיתָא, גּוּפְרִיתָא vel גָּפְרִיתָא cum Hebr. גָּפְרִית, sed Arab. etiam كِبْرِيت *sulphur*; ܙܒܰܢ cum זְמָן Chald. item זְמָן, et זְמַן uti etiam Arab. زَمَان et زَمَن *tempus*. Conf. porro *num.* 6.

3. ܓ cum כ, ח, غ, et ג cum ܟ. Conf. v. c. ܙܓܽܘܓܺܝܬܳܐ, Arab. زُجَاج cum Chald. et Hebr. זְכוּכִית *vitrum*; ܦܪܽܘܓܳܐ cum Hebr. אֶפְרֹחַ et Chald. אֶפְרוּחַ vel אֶפְרָח *pullus avium*; ܓܪܳܐ in *secunda*, uti etiam Chald. גְּרָה et Hebr. גָּרָה in *secunda*, cum Arab. غَرِيَ in *quarta* specie *excitavit litem*. Conf. porro citatum modo exemplum גָּפְרִיתָא *sulphur*.

4. ד, ܕ cum ז et ذ: ut דְּבַח, ܕܒܰܚ, זָבַח, ذَبَحَ *mactavit*.

5. ה, ܗ cum ו: ut בְּהַת, ܒܗܶܬ Arab item بَهِتَ

et بهت, sed Hebr. בושׁ *erubuit*, רְהַט, ܪܗܛ et רוּץ *cucurrit*. Praeterea ܗ cum ח et أ ut: ܢܚܢ, נְחַן Chald. item נְחַן *inclinavit*, ܗܦܟ Chald. הֲפַךְ, Hebr. item הָפַךְ, sed Arab. أَفَكَ *vertit*. Denique Adfixum tertiae personae sing. num. masc. gen. ה, ܗ, uti etiam Arab. هُ vel هِ cum Hebr. ו Adfixo.

6. ו, ܘ cum א, ב: ut שׁוּט, ܫܘܛ, שְׁאָט, etsi שׁוּט Hebr. etiam est *contemnere*; ܫܘܛܐ et ܫܒܛܐ, שׁוּטָא, et שִׁבְטָא, Hebr. item שֵׁבֶט, שֵׁבֶט et שׁוֹט, sed Arab. tantum سَوْطٌ *virga*, *baculus*. Porro apud Aramaeos, ut apud Hebraeos, rarissime, secus ergo quam apud Arabes fieri solet, in prima radicis sede servatur. Hinc v. c. regulariter pro וְתִב, ܘܬܒ, וָשַׁב et وَثَبَ *sedit*, scribitur יְתִב, ܝܬܒ, יָשַׁב, denique vi Conjunctionis *et* cum Arab. ف.

7. *Zain*, respondens ذ et ز, cum צ et ص: ut ܙܕܩ, צְדַק, صَدَقَ *rectus fuit*. Conf. porro *num.* 8.

8. ח, ܚ, respondens ح et خ, cum ג: ut ܚܕܪ, חֲזַר et גְּדַר *circumdedit*.

9. ט, ܛ, respondens ط et ظ, cum ד, צ, ص, ת et ث: ut טְבָא, ܛܶܒܳܐ, דְּבָה *fama*; נְטַר, ܢܛܰܪ, נָצַר i. q. נָטַר et نَظَرَ *servavit, custodivit*, רְהַט, ܪܗܰܛ et רוּץ *cucurrit*; טְרַם, טְרַם, et صَرَمَ *resecuit*; טְעָא, ܛܥܳܐ, طَغِيَ, et תָּעָה *erravit*; קְטַל, ܩܛܰܠ, Hebr. item קָטַל sed Arab. قَتَلَ *occidit*.

10. י, ܝ cum א et و. Conf. v. c. שְׁיוֹל, ܫܝܘܠ *orcus* cum שְׁאוֹל. Vid. porro *num.* 6.

11. כ, ܟ cum ג. Vid. *num.* 2.

12. ל, ܠ cum נ, ܢ, ר et ر: ut נְתַל, ܢܬܰܠ, נְתַן et נָתַן *dedit*; צַלְמָא, ܨܰܠܡܳܐ Hebr. etiam צֶלֶם, sed Arab. صَنَم *imago*, *idolum*; שַׁלְשֶׁלֶת, שַׁלְשְׁלָה, سِلْسِلَة et שַׁרְשְׁרָה *catena*, *catenula*; גַּלְגַּלְתָּא, ܓܓܘܠܬܐ, גֻּלְגֹּלֶת, جُلْجُلَة et جُمْجُمَة *cranium*.

13. מ, ܡ, cum נ, ܢ et ת: ut בּוּטְמָא, ܒܽܘܛܡܳܐ, بُطْم et בָּטְנִים *terebinthus*, *pistacia*; מוֹרַג uti etiam Hebr. sed Arab. نَوْرَج *tribulum*; ܡܘܪܓܐ, תִּירוֹשׁ *mustum*.

14. *Nun* cum מ: ut لَنْ, إِنْ, Hebr. vero, uti etiam Chald. אִם *si.* Conf. porro et *Nun* Praeformans Futuri, quae regulariter apud Syros, subinde quoque apud Chaldaeos, permutatur cum Hebr. et Arab. Praeformante י, يَ (§ 39), et terminatio tam pluralis masc. ִין, ـِينَ cum ִים quam *dualis* ַיִן, ـَيْنِ cum ַיִם Hebraeorum, (§ 68).

15. ס, ܣ cum ز, ص, ش et שׂ: ut כְּנַשׁ et כְּנַס, ܟܢܫ, كَنَزَ et כָּנַס *congregavit*; נֵס, نَصٌّ, ܢܝܫܐ, נֵס *signum erectum*; סִתְוָא, ܣܬܘܐ, Hebr. סְתָו sive סְתָיו et شِتْوَةٌ *hiems.* Vid. porro § 6.

16. ע, ܥ, respondens ع et غ, cum א, צ et ض: ut נְבַע, ܢܒܥ, نَبَعَ et نَبَغَ, נָבַע et נָבָא, Chald. i. נְבָא et נְבַג *ebullivit*, *scaturivit*; אַרְעָא et אַרְקָא, ܐܪܥܐ, אֶרֶץ, et أَرْضٌ *terra.*

17. פ, ܦ cum ב et מ: ut פַּרְזֶל, ܦܪܙܠܐ et בַּרְזֶל *ferrum*; פְּלַט et מְלַט, ܦܠܛ, פָּלַט et מָלַט, فَلَتَ *evasit.*

18. ܨ, respondens ص et ض, cum ט et ط: ut ܨܒܥ, טְבַע, טָבַע, et طَبَعَ, i. q. צָבַע, صَبَغَ *immersit.*

19. ק, ܩ cum ق, ڪ, כ et ע: ut דְּקַק, ܕܩܩ, דְּקַק, et دَقَّ i. q. דְּכָךְ, دَكَّ *comminuit.* Conf. porro *num.* 16.

20. ר, ܪ cum ז, ל, נ et ن: ut בִּרְקָא, ܒܪܩܐ et בְּזָק i. q. בָּרָק et بَرْق *fulgur*; אַרְמְלָא, ܐܪܡܠܬܐ, أَرْمَلَة et אַלְמָנָה *vidua*; בַּר, ܒܪ, בֵּן et اِبْن *filius.*

21. ܣ cum س. Vid. § 6.

22. ת, ܬ, respondens ت et ث, cum ש: ut תְּרֵין, ܬܪܝܢ, שְׁנַיִם, et اِثْنَان *duo.* Vid. § 6.

Obs.

Peculiaris quorundam grammaticorum sententia, eaque, ut videtur, non audienda de paragraphi hujus argumento.

§ 17.

LITERARUM PRONUNTIATIO.

Tertia literarum, hoc in capite, a nobis describenda affectio, posita est in variata saepe earum *pronuntiatione* eaque perquam notabili, praesertim ratione habita sermonis Syriaci, in quo multo plurium literarum *pronuntiatio* variatur quam in Hebraico, Chaldaico

et Arabico. Et vero nullius literae *pronuntiatio*, aut saepius, aut etiam varius mutatur, quam *Olaph*. Etenim non tantum una est e literis et *gutturalibus* et *quiescentibus* et *otiantibus*, verum etiam una est ex iis literis, quarum aliis lineola *occultans* subjicitur, aliis alius literae tribuitur *pronuntiatio*. Age ergo videamus de singulis singulatim.

I. Sex illae literae jam (§ 7, I, 2, II, 2.) et commemoratae et quodammodo descriptae, quaeque, memoriae tironum unice succurrendae caussa, vulgo a grammaticis vocabulo hocce *thechnico* בְּגַדְכְּפַת, ܒܓܕܟܦܬ comprehenduntur, singularem quandam, secundum maxime receptam virorum doctorum conjecturam, sibi propriam habent *adspirationem*, sed quam in initio et fine syllabae, extra orationis exordium, fere semper post syllabam *mixtam* amittunt, ita ut proprie pronuntiandae sint: *bh*, *gh*, *dh*, *ch*, *ph* et *th*; amissa vero *adspiratione* illa, simpliciter *b*, *g*, *d*, *c*, *p* et *t*. Amissae porro hujus *adspirationis* nota apud Chaldaeos, ut apud Hebraeos, est *Dagesch lene*, uti etiam vi sua *Dagesch forte*; apud Syros vero sola plerumque *analogia*: (§ 7, II, 2.) subinde tamen in certis quibusdam casibus, dubiis potissimum illis *Cuschoi*, punctum literis incumbens, quemadmodum, sed etiam non nisi in casibus maxime dubiis, aliquando punctum literis subscriptum, *Rucoch* appellatum, est nota hasce literas naturali sua vi occurere, atque

adeo cum *adspiratione* esse proferendas, prouti eadem vi in antiqua scriptura Hebraica, ut vidimus (loc. laud.) usurpabatur lineola *Raphe*. Dicta denique haec pauca illustrent exempla: בְּקַדְמִין בְּרָא, ܒܩܕܡܝܢ ܒܪܐ *in principio creavit.* (Gen. 1. 1.) פְּקַדְתּוּן, ܦܩܕܬܘܢ, פְּקַדְתְּ, ܦܩܕܬ, קְבַר, ܩܒܪ *sepelivit plures*, ܬܟܣܘܢ *jugulabitis* a rad. ܢܟܣ, sed ܬܟܣܘܢ *tegetis* a rad. ܟܣܐ. Conf. denuo § 7, II. uti etiam § 28.

II. Quatuor literae י, ו, ה, א nec *vocalem* nec *Scheva* habentes, neque etiam cum *Dagesch forti* scriptae, apud Chaldaeos, non minus quam apud Hebraeos, post vocales earum *quieti* opportunas omnem suum motum amittunt: id est *quiescunt*, atque ita *quiescentes* syllabae suae moram augent; apud Syros vero, ut apud Arabes prop. tres duntaxat literae *quiescere* dicuntur, quippe quibus *He* litera semper *mobilis* habetur. Et ו quidem in *Cholem* et *Schurek*; ܘ in *Secopho*, inprimis in *Ezozo*; י, ܝ in I et E; א in A et E; ܐ in omnibus vocalibus, et ה denique, *finalis* nempe, maxime in A, quamvis raro (§ 16, II, 1.) *quiescere* solet: ut חוֹבָא, *reatus*, ܬܪܘܢܘܣ *thronus*, קוּם, ܩܘܡ *surge*, קִים, ܣܝܡ *positus*, תְּרֵין, ܬܪܝܢ *duo* פְּקָדָא *rogare*.

בֵּלְשַׁאצַּר *Belsazar*, מֵאמַר *dicere*, נְבוּכַדְנֶאצַּר *Nebucadnezar*, ܡܶܫܐܰܠܘ *rogare*, ܡܶܐܡܰܪ *dicere*, ܢܺܐܡܰܪ *dicet*, ܒܐܽܘܪܚܳܐ *in via*. Hae porro literae in hac dialecto saepissime *quiescunt* atque ita hac sua *quiete*, qua vehementer delectantur, solitam in nullis non orationis partibus formam haud una ratione reddunt aliam, quemadmodum infra videbimus. Et *Olaph* quidem semper ubique vocalem suam transfert ad praecedentem literam vocali destitutam, ut ita in ea *quiescat*. Ceterum, hae et aliae quoque apud Syros literae, quamvis scriptae, in certis quibusdam casibus, uti mox *num.* 4. et 5. docebit, non pronuntiantur, imo vero litera ܝ cum lineola *diacritica* scripta, more literae ܐ, suam vocalem ad praecedentem literam transfert, atque ita etiam in ea quasi *quiescit* § 11. 4, c.

Obs. 1.

De peculiaribus quibusdam affectionibus, quibus literae quieti obnoxiae in sermone Aramaeo et Hebraico sese distinguunt ab ejusdem hujus generis literis in sermone Arabico.

Obs. 2.

De singulari literarum quieti obnoxiarum in sermone Chaldaico usu.

III. Literarum porro *quiescentium* duae, nempe

Vau et *Jod*, in sermone quoque Aramaeo, non cum sola vocali A, sed cum aliis pariter vocalibus, earum *quieti* contrariis syllabam *mixtam* constituentes, *diphthongum* quandam quasi efficiunt, atque adeo non tantum duas Arabum *diphthongos*, verum etiam plures, ut in Hebraeorum sermone, ex communi grammaticorum sententia, exprimere solent. Ita v. c. *Vau*, praecedente vocali A, saepissime quidem, maxime apud Syros, ut apud Arabes, effertur *au*, ut etiam *Jod*, praecedente eadem vocali, *ai*; sed praecedentibus aliis vocalibus aliorum sonorum compositorum vis iisdem illis literis, more Hebraeorum, exprimitur. Conf. v. c. כַּוְּתָא *tignum*, כַּוְּתָא, ܟܘܬܐ *fenestra*, ܟܘܟܒܐ, كَوْكَبٌ, Hebr. et Chald. כּוֹכָב *stella*, ܦܘܩܕ, רְמֵית et رَمَيْتَ *jecisti*, חֵו *adspectus*, שְׁלֵיו *tranquillus*, ܐܫܬܝܘܗܝ *bibam illud*, ܩܫܝܘܗܝ (*k'scheu*) *durus ille*, אִתְגְּלִיו, ܐܬܓܠܝܘ a גְּלָא, ܓܠܐ *revelavit*, מַוי *aquae*, ܝܗܘܕܝ *Judaeus*. ܐܚܘܗܝ (*achui*) *frater ejus*.

Quaest.

Quibus difficultatibus premitur haecce de diphthongis doctrina?

IV. Literae apud Syros *quieti* obnoxiae quoque omnes dicuntur *otiari*, quoties vocali carentes appositae sunt literae *quiescenti*, vel etiam *mobili*, sed pariter vocali destitutae.

1. *Otiatur* ita ܐ v. c. cum in ܡܐܐ (*mo*) *centum*, aliisque vocibus, tum in Pronominibus personalibus ܐܢܬܘܢ (*atun*) *vos* masc. et ܐܢܬܝܢ (*aten*) *vos* fem. Participio non propria vi, sed per praesens, ut in reliquis item dialectis, saepe exponendo appositis: ut ܐܟܠܝܢ ܐܢܬܘܢ m, et ܐܟܠܢ ܐܢܬܝܢ f. *editis*; prop. *edentes vos.* Praeterea animadvertendum, in hujusmodi casu praeter hanc et *Nun* Pronominis literam, utpote cum lineola *occultante* scriptam, et *Nun* etiam ipsius Participii literam finalem saepe non pronuntiari, perinde ergo esse acsi tantum scriptum esset: ܐܟܠܝܬܘܢ et ܐܟܠܬܝܢ. Atque ita reapse utrumque Pronomen, omissis tribus illis literis, cum Participio plur. utriusque generis coalitum invenitur. Scilicet haec, et quaedam etiam alia Pronomina cum ipsis Participiis, quibus apponuntur, suo singula modo in dialecto Aramaea coalescunt. Vid. § 43.

2. *Otiantur* ita ܘ et ܝ in aliquot vocabulis: v. c. in ܫܘܕܥܐ (*schudoo*) *promissio*, ܐܬܡܠ (*ethmol*) *heri*, et ubi tanquam Adformantes usurpantur: ut ܦܩܕܘ (*p'kad*), ܦܩܘܕܝ (*p'kud*). Vid. § 38, 6, *a*.

3. *Otiatur* ita ܝ cum in Pronomine personali ܐܢܬܝ *tu*, f. tum etiam saepe ubi, vel per se, vel una cum praecedenti litera efficit Adfixum: ut in ܩܕܝܫܝ (*ka-disch*) *sanctus meus*, ܩܛܠܢܝ *occidit me.* (§ 78, 1, et § 90, 5.) Raro ܘ *otians* Infinitivo apponitur. Vid. § 37. I, 1.

Quaest. 1.

Quibus argumentis haec grammaticorum doctrina nititur?

Quaest. 2.

Quatenus dialectus Syriaca, ratione habita harum literarum, cum Hebraica inprimis et Arabica dialectis convenit, et quatenus ab iis se discriminat?

Quaest. 3.

Quibus aliis in casibus Olaph otiari videatur?

V. Praeter tres descriptas (*num.* II. et IV.) literas, saepe modo *quiescentes*, modo *otiantes*, plures etiam literae, vocali pariter plerumque destitutae, in certis quibusdam casibus inter pronuntiandum ita pereunt, acsi scriptae non essent omnino. Et hae quidem literae in certis illis casibus vulgo sibi subiectam habent lineolam quandam, tanquam suppressae pronuntiationis notam, et propterea lineolam *occultantem* appellatam. § 11. 3.

Ipsae autem illae literae nempe ܐ, ܕ, ܗ et ܠ, uti media item *radicalis* ultimae similis, sed ea non pulsa, sive potius ipsi illi casus, in quibus hae et aliae etiam literae, memoratam illam, lineolam *occultantem*, etsi non semper expressam sub se postulare solent, nunc accuratius describendi sunt.

1. *Occultatur* ܐ initialis in nonnullis Nominibus: ut in ܐܚܪܝܐ (*Ch'rojo*) *ultimus*, et in Pronomine ܐܢܐ *ego*, cum vim Verbi *substantivi* habente, tum etiam Participio per *praesens* vertendo, appostto: ut ܐܢܐ ܐܢܐ (*enono*) *ego sum* pp. *ego ego*, ܩܕܝܫ ܐܢܐ (*kadischno*) *sanctus sum* pp. *sanctus ego*, ܐܡܪ ܐܢܐ (*omarno*) *dico* pp. *dicens ego.* Coalescit quoque cum ipso Participio more Chaldaeorum, (§ 43) idque quidem ita, ut ultima Participii litera *quiescens* pariter pellatur: ut ܫܐܠܢܐ pro ܫܐܠܐ ܐܢܐ *peto*, ܨܠܢܐ pro ܨܠܐ ܐܢܐ *oro.*

2. *Occultatur* ܕ vocali destituta ante literam *Tau*: ut ܥܕܬܐ (*ito*) *ecclesia.* E quorundam vero grammaticorum sententia hujus vocis litera *Tau* bis pronuntianda, acsi cum *Dagesch forti* esset scripta: quae tamen positio non omni dubio, ut videtur, major est.

3. *Occultatur* ܗ.

a. in Verbo ܝܗܒ pro ܝܗܒ *dedit*, ejusque vocalis transfertur ad praecedentem literam, quoties Praeteriti in specie *Peal* ratio postulat, ut, vel prima et tertia simul, vel sola etiam prima *radicalis* sine vocali scribatur: ut ܝܗܒ *(jabh)* pro ܝܗܒ, ܝܗܒܬ *dedisti* m. pro ܝܗܒܬ, ܝܗܒܬܝ *dedisti* f. pro ܝܗܒܬܝ, ܝܗܒܘ *dederunt* m. pro ܝܗܒܘ, ܝܗܒܝ *dederunt* f. pro ܝܗܒܝ, ܝܗܒܬܘܢ *dedistis* m. pro ܝܗܒܬܘܢ, ܝܗܒܬܝܢ *dedistis* f. pro ܝܗܒܬܝܢ, ܝܗܒܢ et ܝܗܒܢܢ *dedimus* pro ܝܗܒܢ et ܝܗܒܢܢ. Hinc, ut intelligitur, nusquam alibi *occultatur*, nec in hac specie *Peal*, nec in ejus forma *passiva Ethpeël*, propterea quod in duabus hisce speciebus ubique prima *radicalis* vel pellitur, vel *quiescit*, vel, uti etiam hic illic, tertia simul *radicalis*, aut haec saltem cum *vocali* scribitur. Ita v. c. est ܠܡܬܠ *dare* sive ad *dandum* pro ܠܡܝܗܒ, ܗܒ *da* pro ܝܗܒ, ܐܬܝܗܒ *datus est* pro ܐܬܝܗܒ, ܝܗܝܒ *datus*, (§ 49, II, 3, 4.)

ܝܗܒܬ *dedit* f. ܝܗܒܬ *dedi*, ܐܬܝܗܒܬ *data est*, ܝܗܒܝܢ *dederunt* f. Et ita etiam in hujus speciei Praeterito cum Adfixis copulato, eandem ob caussam modo *occultatur*, modo non *occultatur*, prouti nempe tertia *radicalis*, vel sine, vel cum *vocali* scribenda est. Vid. § 92, III. Monendum autem, hocce Verbum per solam speciem *Ethpeël* et *Peal* flecti, neque per hanc speciem totam, nam caret Futuro, pro quo usurpatur Futurum Verbi ܢܬܠ *dedit.*

b. in Verbo ܗܘܐ *fuit*, non *proprie*, sed, vel *pleonastice* usurpato, vel Participio aut Praeterito ea cum vi apposito, ut illud per *Imperfectum*, hoc per *Plusquam perfectum*, more etiam Chaldaeorum reddendum sit (§ 43, 40.): ut Matth. 4, 4. ܠܐ ܗܘܐ (*lowo*) *non*, *nequaquam*, Marc. 1, 45. ܫܪܝ ܗܘܐ (*schariwo*) simpliciter *incepit*, non *inceperat*, pp. *incipiens fuit*, ܦܩܕ ܗܘܐ (*pokedwo*) *praecipiebat*, ܦܩܕ ܗܘܐ (*p'kadwo*) *praeceperat.*

c. in Pronomine *separato* ܗܘ et ܗܝ *pleonastice*, vel loco Verbi *substantivi* usurpato, uti etiam in eodem hocce Pronomine *Adfixo masc. generis* ܗܝ, cum nonnullis orationis partibus copulato. Et

in hoc quidem Pronomine, *occultatur* vario saepe modo, pro varia ratione, qua ultima praecedentis vocis litera scripta est, quaeque subinde etiam una cum ipsa *occultata* litera ܗ pellitur, ut ita, quoad ejus fieri possit, arctissime Pronomen cum vocabulo proxime praecedente conjungatur. Scilicet in *separato* hocce Pronomine, *occultatae* literae vocalis, cum *Ezozo* tum *Chebozo*: vel transfertur ad ultimam praecedentis vocis literam vocali carentem: ut ܒܣܪܝ ܗܘ (*besr'ju*) *caro mea est* pro ܒܣܪܝ ܗܘ, ܡܢ ܗܝ (*mani*) *quae est?* pro ܡܢ ܗܝ; vel utraque manet quidem, sed nihilo minus tamen pronuntiatur cum ultima illa litera, cui etiam Pronominis ܗܘ litera ܘ cum vocali, pulsa ܗ, apponitur: ut ܐܢܬ ܗܘ (*atu*) *tu es*, ܕܝܠܟ ܗܝ (*dilochi*) *tuum est*, ܡܢܘ *quid est* pro ܡܢ ܗܘ, ܡܢܘ *quis est?* pro ܡܢ ܗܘ; (Apud Chaldaeos pariter non plane inusitatum est, ut ה Pronominis הוּ pari fere modo cum Pronomine *interrogativo* coalescat: ut Prov. 20, 6. 27, 4. 30, 9. 31, 10. מַנּוּ *quis est?* pro מַן הוּ). vel pellitur, literis ܘ et ܝ *diphthongescentibus* cum ultima praecedentis vocis litera ܐ *quiescente*, pro cujus vocali *Rebozo* ante ܗܝ, *Secopho*.

et pro cujus vocali *Secopho* ante ܗ̇ܘ, *Petocho* substituitur, idque etiam in quibusdam vocibus ita, ut Pronominis ܗ̇ܘ litera ܘ, pulsa ܗ et vocali, pro ipsa illa litera ܐ substituatur: ut ܩܫܐ ܗܘ (*k'scheu*) *durum est*, ܩܛܠܗ ܗܝ (*ko't'loi*) *occidit*, ܗܕܐ ܗܝ (*hodoi*) *haec est* pro ܗܕܐ ܗܝ, ܐܢܐ ܗܘ (*enau*) *ego sum* pro ܐܢܐ ܗܘ, ܗܢܘ *hic*, sive *hoc est* pro ܗܢܐ ܗܘ et hoc pro ܗܢܐ ܗܘ. — In eodem hocce Pronomine masculini generis, Nominibus Verbisque apposito, etiam *occultatur* ܗ, ejusque litera *Jud*, vel *diphthongescit*, vel *otiatur*, prouti ܗ literam sibi praemissam habet, vel *quiescentem*, vel *diphthongescentem:* ut ܐܒܘܗܝ (*abui*) *pater ejus*, ܐܝܕܘܗܝ (*idau*) *manus ejus*, ܩܪܝܗܝ (*k'roi*) *vocavit illum.*

Obs.

De alia ratione, qua exitus ܐ *ante separatum Pronomen* ܗܝ *etiam mutatur.*

d. in vocibus aliquando peregrinae originis: ut ܪܗܘܡܝܐ (*Rumajae*) *Romani*, ܪܗܘܡܝ

pronuntiandum, ut etiam aliquoties scribitur ܝܽܘܕܳܝܶܐ *Judaei* pro ܝܗܽܘܕܳܝܶܐ.

4. *Occultatur* ܠ in Verbo ܐܶܙܰܠ *abiit*, ejusque vocalis transfertur ad mediam *radicalem*, ubi regularis Verborum flexio postulat, ut tertia cum *vocali*, media vero *radicalis* non cum *vocali* scribatur: ut ܐܶܙܰܠܬ (*esat*) *abiit* pro ܐܶܙܠܰܬ (*es-lath*), ܢܺܐܙܠܽܘܢ (*nisun*) *abibunt* pro ܢܺܐܙܠܽܘܢ (*nis-lun*), ܐܳܙܠܺܝܢ (*osin*) *abeuntes* pro ܐܳܙܠܺܝܢ (*o's'lin*).

5. Denique *occultatur* litera, quae Chaldaeis, Hebraeis et Arabibus, vel cum syllabae clausae nota scribitur, vel etiam pellitur, atque ita pulsa in sequenti litera per duplicationis notam compensatur: ut ܡܕܺܝܢܬܳܐ (*m'dhito*) מְדִינְתָּא *emph.* ab *absoluto* ܡܕܺܝܢܳܐ, מְדִינָא *civitas*, ܐܰܢ̱ܬ (*at*) *tu* m, ܐܰܢ̱ܬܝ (*at*) *tu* f, ܐܰܢ̱ܬܽܘܢ (*atun*) *vos* m, ܐܰܢ̱ܬܶܝܢ (*aten*) *vos* f, Chald. אַנְתְּ et אַתְּ, אַנְתּוּן et אַתּוּן, אַנְתֵּין et אַתֵּין, Hebr. אַתָּה et אַתְּ, אַתְּ, אַתֶּם, אַתֵּן et

אַתֵּנָה et Arab. أَنْتَ, أَنْتِ, أَنْتُمْ, أَنْتُنَّ,

ܥܰܡܡܝܢ (amin) עַמְּמִין Hebr. עַמִּים populi,

ܟܰܠܠܢ (calan) כַּלָּן sponsae.

Obs. 1.

De aliis literis occultari solitis.

Obs. 2.

De lineolae hujus momento.

Obs. 3.

De alio, praeter descriptum hujus lineolae, e quorundam grammaticorum sententia, usu.

Quaest.

Quibus in casibus haec lineola, ex ordine usurpanda, non usurpari solet?

VI. Literae cum Chaldaicae, seu prop. Hebraicae ע, ח, ה, א, tum Syriacae ܥ, ܚ, ܗ, ܐ et ר, ܪ etiam aliqua disputatione indigent. Nam quamvis fere omnes ope unius ejusdemque organi loquelae proferendae, sive, quamvis omnes, excepta postrema litera ר, ܪ, *gutturales* sint; tamen non omnes, nec pari modo pronuntiantur, nec eandem habent vim in externum sermonis habitum.

1. Scilicet, quales in Hebraico, tales pariter in sermone Chaldaico literae *gutturales* et ר habent proprietates, quibus a ceteris se literis discernunt, et quibus proin *regularem* partium orationis habitum, plus minusve *irregularem* reddunt.

a. Nunquam, uti etiam ר, *Dagesch forte* habent, et propterea semper praecedens vocalis brevis, sin minus mutatur in longam, certe vi tenus fit longa: ut הָעֵל pro הַעְלֵל Imperativus in *Aphel* a rad. עֲלַל *intravit*, בַּהֵל pro בַּהֵּל *terruit*, בָּרֵךְ pro בַּרֵּךְ *laudavit*, שַׁרֵט pro שַׁרֵּט *obligavit vulnus.*

b. Nunquam syllabam sine alicujus vocalis auxilio, sive cum *Schevate simplici mobili* inchoant, et propterea semper habent *Scheva compositum*, idque quidem plerumque *Chateph Patach*: ut אֲמַר pro אְמַר *dixit*, הֲלָךְ pro הְלָךְ *vectigal vicarium*, חֲזָא pro חְזָא *vidit*, עֲלַל pro עְלַל *intravit*, אֱדַיִן pro אְדַיִן *tunc.*

c. Porro, etsi ad syllabam finiendam non indigent vocalis auxilio, tamen haud raro sub iis pro *Schevate quiescente* invenitur *Scheva compositum* § 22, II, 2.

d. Praeterea harum literarum tres, ע, ח, ה syllabam *mixtam*, nempe *finalem* illam, non formant sine vocalis A sono, quamvis brevissimo; et propterea hac vocali non praecedente, sub se accipiunt *Patach*

furtivum: ut רֵיחַ pro רֵיח *odor*, גָּבוֹהַּ pro גָּבוֹהּ *excelsus*, נוּעַ pro נוּע *moveri*.

e. Denique, quia *gutturales* sunt, frequenter, sub, et praesertim ante se habent vocalem *Patach*, subinde etiam *Segol*, quemadmodum ר ante se *Patach*: ut יִתְבַּחַן pro יִתְבָּחֵן *probabitur*, אַשְׁכַּח pro אַשְׁכֵּחַ *invenit*, שְׁמַע pro שְׁמֵעַ *audivit*, שְׁלַח pro שְׁלַח *mitte*, יַחְשׁוֹב pro יְחְשׁוֹב *imputabit*, לֶמְחְשַׁב pro לְמַחְשַׁב *ad cogitandum*, נֶעְשַׁן pro נִעְשַׁן *roborabitur*, אֶעְבַר pro אִעְבַר *traduxit*, בְּחַר pro בְּחַר *elige*.

2. Hae autem quinque literae in sermone Syriaco, uti *gutturales* in primis literae in Arabico, una potissimum generali hac se distinguunt proprietate, ut lubenter etiam, cum sub, tum maxime ante se habeant vocalem A, quam propterea pro alia vocali, ex ordine saepe numero usurpanda, accipiunt: ut ܦܳܬܰܚ pro ܦܳܬܶܚ *aperiens*, ܐܶܫܠܰܚ pro ܐܶܫܠܶܚ *spoliavit*, ܐܶܬ݂ܟܪܰܗ pro ܐܶܬ݂ܟܪܺܗ *aegroatvit*, ܐܶܬ݂ܒܠܰܥ pro ܐܶܬ݂ܒܠܶܥ, *absorptus est*, ܐܳܣܰܪ pro ܐܳܣܶܪ *cingens*.

Quae cum ita sint, altera literae *Resch* proprietas, et reliquae literarum pariter *gutturalium* proprietates, modo (*num.* 1, *a*, *b*, *c* et *d*.) adumbratae, hic nobis

non occurrunt, cujus rei caussa sponte cogitur, ex iis, quae § 4, 1. et § 7, II. monuimus. Una tamen litera *Olaph* vocali carens, nunquam, et interdum etiam litera *Ee*, in certo quodam casu, mox (*num.* VII.) describendo, non sine vocali syllabam inchoat, quemadmodum nulla unquam litera vocali destituta in scriptura Arabica § 12, 3. Quare litera illa *initialis*, prop. sine vocali scribenda, scribitur semper cum vocali, eaquevulgo A aut E, quemadmodum literae Arabicae in hujusmodi casu, diversam ob caussam, modo cum hac, modo cum alia vocali scribuntur, vel etiam cum *Aleph prosthetica:* ut ܐܠܳܗܳܐ, إِلَاهٌ, אֱלָהּ, אֱלוֹהַּ *Deus*, ܐܶܢܳܐ, أَنَا, אֲנִי, אֲנָא *ego*, ܢܶܦܩܽܘܕ Hebr. et Chald. יִפְקֹד, يَفْقُدُ, ܦܩܽܘܕ, פְּקֹד, פְּקֹד, أُفْقُدْ.

VII. Denique alia insuper est literae ܐ, ܝ et ܗ proprietas, ultimo nunc loco observanda. Scilicet hae literae, singularem hanc etiam subeunt mutationem, ut illa, sive *Olaph* tanquam *Jud*, ista, sive *Jud*, uti etiam haec, sive *Ee* tanquam *Olaph* pronuntietur.

1. Et *Olaph* quidem *radicalis* ita fit *Jud* in Participio *activo* primae speciei; *servilis* porro in ejusdem hujus speciei Participio Verborum, et media *defectivorum*, et media ܘ *quiescentium*; in media denique voce, ante, aut post aliam literam *Olaph* posita: ut ܫܳܐܶܠ (*schojel*) *rogans*; ܕܳܐܶܟ (*dojek*) pro ܕܳܝܶܟ

a rad. ܕܩ (§ 50, 2.) *contrivit*, ܩܳܐܶܡ (*kojem*) pro ܩܳܘܶܡ a rad. ܩܳܡ *surrexit*; (§ 58, I, 3.) ܡܠܳܐܳܐ (*m'lojo*) *plenitudo*, ܐܳܐܰܪ (*ojar*) *aër*.

2. Contra *Jud*, prima cujusvis vocis litera, quoties prop. non cum vocali scribenda, accipit vocalem *Chebozo*, et una cum hac vocali, literae *Olaph* pronuntiationem: quae pronuntiatio in aliquot etiam cum domesticae, tum peregrinae originis vocibus indicatur assumta *Olaph prosthetica*, ad quam *Jud* vocalem illam suam *vicariam* transfert, ut in ea quiescat: ut ܝܺܠܶܕ (*iledh*) pro ܝܠܶܕ, יָלַד *genuit*, ܐܝܰܘܡܳܐ pro ܝܰܘܡܳܐ *dies*, ܐܝܣܪܳܝܶܠ *Israël* pro ܝܣܪܳܝܶܠ, ܐܝܬ, Chaldaeis etiam אִית *est* et *sunt*, collato Hebraeorum יֵשׁ, ܐܝܣܓܘܓܝ, εἰςαγωγή.

3. Denique *Ee* litera *initialis* ante *He* sibi subjectam habere solet lineolam *diacriticam*, monentem, ut *Olaph*, illam esse pronuntiandam, sive cum vocali *originali*, sive cum literae *Olaph*, cujus indolem ita, non tantum ratione habita *quietis* verum etiam ratione habita *pronuntiationis* sequitur, vocali *vicaria*, scriptam. Conf. § 11, 4.

§ 18.

LITERARUM ABJECTIO, ET, QUAE VOCATUR, ADDITIO.

Multo plures quidem literae in sermone Syriaco et Arabico, quam in Hebraico et Chaldaico, inter pronuntiandum *pereunt*; nam in illis non tantum, ut in hisce dialectis, literae et *quiescunt* et *otiantur*, verum alio etiam modo ita in pronuntiatione *omittuntur*, ut non audiantur omnino. Nihilominus tamen in illis, ut in dialecto pariter Chaldaica, literae *radicales* non tam frequenter inter scribendum *pelluntur*, quam in Hebraica dialecto, exceptis peculiaribus quibusdam Nominum formis. Scilicet, ad distinctivam item sermonis Aramaei rationem pertinet frequentissima quorundam Nominum *numeralium compositorum* primae classis *aphaeresis* simul et *apocope*, uti etiam frequentissima literae ת, ܬ, feminini generis notae, *apocope*.

Literae autem, tam *radicales*, quam *serviles*, quae praeter scriptionem *compendiariam*, de qua § 11, 4, *a.* egimus, *abjiciuntur*, modo *mobiles*, modo *quiescentes*, modo *otiantes*, modo lineola *occultante* notatae sunt. Praecipuae *radicales* literae *mobiles*, quae *abjiciuntur* sunt: א, ܐ, י, ܝ, נ, ܢ et ע, ܥ, in *prima*, fere omnes cum tertiis *radicalibus* eaedem in *secunda*, ܐ, ܝ, ע, ܥ et ת, ܬ, in *tertia* sede; *quiescentes* vero in *omni* item paene sede saepe omnes. Literae porro *serviles*, quae *abjiciuntur*, item et *quiescentes* et,

idque in primis, *mobiles* esse solent, quarum praecipuae sunt: ܐ, ܐ, ܢ, ܝ et ܬ, ܠ. Literae denique *otiari*, et literae lineola *occultante* notari solitae, quae *abjiciuntur*, literarum etiam, partim *radicalium*, partim *servilium* vi occurrunt. Et harum quidem praecipuae sunt: ܐ, ܗ, ܘ, ܢ et ܝ, ܕ.

Ceterum, quibus tandem in casibus, et quomodo hae et aliae etiam varii generis literae, varia ratione ita *abjiciantur*, intelligitur ex iis, quae § 11. modo citato, § 13, 4. et § 17, V, 3, *c*. jam monuimus, uti etiam iis, quae posthac § 54, 3. § 73, I, 1, II, 1, *a*. § 49, I, 1, II, 4. § 50, 1. § 51. § 73, II, 1, *a*. § 54, 3. § 55, 1. § 58, I, 1, II, 2. § 60, I, 6, II, 3. § 61. § 44, 4. § 38, 6, *a*. § 43, I, 3. § 68, II, 1, *b*, *y*, 2. § 69, II, 2, *f*, *g*. § 71, I. § 90, 1, 3. § 91, 1. § 92, I, II, IV, 2, 3, 4, 5. § 93. § 94. § 95. et alias monebimus. Atque ita nobis etiam, collatis § 21, II, 2, *c*. § 27, II. § 88. aliisque locis, patebit, quibus in casibus litera *prosthetica*, quibus in casibus literae, cum *epentheticae*, tum *paragogicae* usurpentur.

Itaque, instituta quaestione, pergamus nunc quidem ad caput secundum, sive ad describendam punctorum, cum *mutabilitatem*, tum *immutabilitatem*.

Quaest.

Quomodo de aliis, quae aliquando abjiciuntur, literis pronuntiandum?

CAPUT II.

PUNCTORUM, VOCALIUM MAXIME AC SCHEVATUM, CUM MUTABILITAS, TUM IMMUTABILITAS

Quemadmodum universae praecipuaeque *literarum*, ita etiam universae praecipuaeque *punctorum* mutationes sunt eaedem in dialectis, Aramaea pariter illa. Etenim puncta, tametsi in hac, Syriaca maxime, ut in Arabica, multo minus frequenter, quam in Hebraica dialecto, mutantur; non tamen tam indivulso vinculo cum literis copulata sunt, ut eas ubique locorum semper parique modo comitentur. Quamobrem hujus quoque, ipsius adeo Syriacae linguae ratio saepenumero, modo ob hanc, modo aliam ob caussam, nunc permittere, nunc postulare solet, ut partim *transponantur*, partim *permutentur*, partim *mutentur*, partim *abjiciantur*, partim denique nihil quicquam etiam *mutationis* admittant, sed *maneant* non mutata. Apud Syros quidem, ut § 4. dictum est, non habetur ullius *Schevatis* signum; sed nihilo minus tamen, quod hic verbo monendum, ejus et vis et alia etiam potestas. Nam cum *nuda* litera pari plane modo, quo litera *Schevata* pronuntietur, cumque porro utriusque literae pronuntiatio saepe, ob eandem etiam fere caussam, ita displiceat, ut modo, prorsus non, modo, non nisi aegre admitti queat, et propterea simili identidem quoque ratione, reddatur alia; eatenus, ut intelligitur,

Scheva in sermone item Syriaco, modo *transponi*, modo *permutari*, modo *mutari*, modo *pelli*, modo *immutabile* dici potest.

Quaest.

Quare puncta, quot quantasque mutationes apud Hebraeos, tot tantasque, nec apud Aramaeos, nec apud Arabes, aut subeunt, aut afferunt?

§ 19.

VOCALIS LONGAE MUTABILITAS ET IMMUTABILITAS.

Longa vocalis *transponitur*, *permutatur*, *mutatur*, *pellitur* et *immutabilis manet.*

I. *Transponitur necessitatis* et *euphoniae* caussa cum *Schevate*, tam *mobili*, quam *quiescente*, ita ut illud *quiescens*, hocce *mobile* fiat; vel etiam ita, ut utrumque pellatur, literaque subinde in una alterave forma, post transpositam vocalem, scripta cum lineola, nunc *diacritica*, nunc *occultante.*

1. *Necessitatis* caussa, maxime apud Syros. — *a.* In omnis generis formis, propter literam ܐ semper, subinde etiam propter literam ܠ *quieti* tradendam: ut ܒܐܪܚܐ *in via* pro ܒܐܘܪܚܐ, ܒܐܝܕܐ *in manu* pro ܒܐܝܕܐ, ܘܥܗܕܝܢ *et memores* pro ܘܥܗܕܝܢ (§ 11,

4', c.) — b. In mutandis Nominibus, quae Hebraeorum *segolatis* respondent, § 22, 1. — c. In Imperativo plur. num. masc. gen. speciei *Peal* ante Adfixa: ut v. c. in epist. ad Coll. 3, 9. ܫܘܠܚܘܗܝ *exuite eum* pro ܫܠܘܚܘܗܝ. Conf. porro § 42, 1. § 91, 2, 5. — d. In Verbo ܐܙܠ *abiit* hic illic, ut § 17, V, 4. dictum est. — e. In Pronomine ܗܘ et ܗܝ peculiari vi usurpato, § 17, V, 3, c. — f. In Particulis ܩܘܒܠ *contra* et ܩܘܕܡ *ante*, cum ܠ compositis et non simul cum Adfixo, vocalem *Petocho* pellente: ut ܠܩܘܒܠ pro ܠܩܘܒܠ, ܠܩܘܕܡ pro ܠܩܘܕܡ; non vero ܠܩܘܒܠܢ *contra nos*, sed ܠܩܘܒܠܢ § 21, II.

2. *Euphoniae* caussa, maxime apud Chaldaeos, idque quidem in primis in Nominum genere, modo (sub lit. *b.*) citato; uti etiam in cujusvis formae vocibus literam *quieti* obnoxiam habentibus: ut סָאתָא a סְאָה *satum*, רֵאשִׁית *initium* pro רְאשִׁית, sed *rogatio* iis est שְׁאֵלָא, et *puteus* בְּאֵרָא vel בֵּירָא.

II. *Permutatur* cum alius *dialecti*, tum *euphoniae* caussa: ut כַּרְכּוּמָא et כַּרְכּוּמָא *aes*, כַּרְשֵׁן et כַּרְשִׁין

vicia, ܡܐܡܪ et ܡܐܡܪ pro ܡܐܡܪ ab ܐܡܪ *dixit*, ܗܳܢܰܘ ܗ̄ܘ **hoc est** pro ܗܳܢܳܘ ܗ̄ܘ. Conf. **§ 17, V, 3, *c*.**

Maxime porro notabiles Aramaeorum vocales *longae*, cum Hebraeorum et Arabum vocalibus *longis* et *brevibus*, permutari solitae, sunt:

1. *Secopho* et *Kamets* cum *Cholem*, *Tseri* et *Phatha* apposita ا, vel *quiescente*, vel *mobili*, aut etiam ى. Conf. v. c. ܦܳܩܶܕ, פָּקַד cum פוֹקֵד et فاقد, (§ 43.) ܬ̣ܳܐ, ת terminatio plur. foem. cum וֹת ات, (§ 68, II, 2.) ܓܠܳܐ cum جَلَا, Chald. vero גְּלָא vel גְּלָה ut etiam Hebr. גָּלָה *patefecit*, ܡܠܳܐ, מְלָא cum מָלֵא, مَلأ *implevit*, ܪܡܳܐ cum رَمَى, quod Chald. est רְמָא et Hebr. רָמָה *jecit*;

2. *Rebozo* cum *Chirek* et *Segol*. Conf. praeter seq. *num.* 3. ܬܺܝܪܳܘܫܳܐ cum תִּירוֹשׁ *mustum*;

3. *Chebozo* cum *Tseri* et *Cholem*. Conf. praeter praeced. *num.* 2. ܬܶܐܬܶܐ et תֵּאתֶה *veniet*;

4. *Ezozo*, *Kibbuts* et *Schurek* cum *Cholem*, *Dhamma*, *Kamets Chatuph* et *Kibbuts*. Conf. ܢܶܦܩܽܘܢ

et יִפְקֹד cum יִפְקְדוּ; et يَقْرُبُ, ܩܘܪܒܢܐ et קוּרְבָּן cum קָרְבָּן. קָרְבָּן et قُرْبَان *oblatio.*

III. *Mutatur necessitatis* et *euphoniae* caussa.

1. *Necessitatis* caussa ob incrementum *finale*, accentum *tonicum* sibi vindicans, cum in *Scheva mobile*, tum in vocalem *brevem* in formis, quarum media *radicalis* pulsa est, tertiaque propterea cum *Dagesch forti* scripta: ut יְחֵפִין *discalceati* a יָחֵף, אִמָּא *mater* ab אֵם.

2. *Euphoniae* caussa, cum in vocalem *brevem*, tum in *Scheva mobile*, ob incrementum *finale*; *Ezozo* porro et *Chebozo* in *diphthongos* etiam, illa nempe in *au* et haec in *ai*: ut פַּקְדָא, ܦܩܶܕ a פְּקֵד, ܦܩܶܕ, ܢܶܦܩܘܿܕ pro ܢܶܦܩܘܿܕܘܿܢ a ܢܶܦܩܘܿܕ, ܝܰܘܡܺܝܢ a ܝܘܿܡܳܐ *dies*, ܥܰܝܢܺܝܢ a ܥܶܝܢ *oculus.* Conf. porro § 17, 6, 2.

Obs. 1.

De difficultate, qua haec positio premitur.

Obs. 2.

De vocalibus Chirek et Segol in aliquot formis pro Tseri substitutis.

Quaest.

Qua maxime in re observatur discrimen, inter Aramaeam, Hebraicam et Arabicam linguam, ratione habita mutationis vocalium longarum; et undenam hoc repetendum?

IV. *Pellitur euphoniae* caussa, maxime una cum ipsa litera in varii generis formis, vel per *apocopen*, vel per *contractionem* abjecta: ut v. c. in ܐܝܟܘ *ubinam est?* pro ܐܝܟܐ ܗܘ, שְׁבַסַר, ܫܒܣܪ *septemdecim* pro שְׁבַע עֲסַר, ܫܒܥܐ ܥܣܪ. Conf. § 11, 4, *a.* § 17, V, 3, *c.* § 73, II, 1, *a.* subinde tamen etiam ita, ut pulsae vocalis litera maneat et *otians* fiat. Conf. Vid. § 17, IV.

Obs.

De iis, quae huic positioni obstare videntur.

Quod porro ad reliquas vocalium *longarum* mutationes, quarum non nisi paucca attulimus exempla, attinet: harum quidem indoles et ratio non est alia, sed una tantummodo origo eaque varia. Hae videlicet, aut ex accentus *retractione*, aut ex *regimine*, aut ex *Makkeph* lineolae *vi*, aut denique e statu *adfixionis*: uno verbo, e mutua ratione, eaque varia, qua orationis partes secum invicem construuntur et conjunguntur, existunt. Quamobrem ergo ad § 30.

§ 71, I. et ad *Part* IV. potius referendae sunt. Conf. etiam § 33, I, 1.

V. *Immutabilis* manet:

1. *Secopho* et *Kamets* in syllabis, apud Hebraeos plerumque cum *Cholem*, et apud Arabes cum *Phatha* simul et *Aleph*, uti etiam subinde apud illos cum *Kamets* scriptis. Conf. v. c. כְּתָבָא, ܟܬܳܒܳܐ a כְּתָב, ܟܬܳܒ cum כְּתָב et Arab. كِتَابٌ *scriptura*, פְּקֵדִין et ܦܳܩܶܕܺܝܢ a פָּקֵד et ܦܳܩܶܕ cum פּוֹקְדִים et فَاقِدُونَ a פּוֹקֵד et فَاقِدٌ. Conf. § 10.

2. omnis fere semper vocalis, quae scribitur cum litera *quiescente*, sive *radicali*, sive *servili* hujus illiusve formae, aut speciei *characteristica*, eaque etiam suppressa: ut ܡܰܠܰܐܟ݂ܳܐ *angelus* ab inust. ܡܰܠܰܐܟ݂, מוֹלְדָא *pariens* a מוֹלֵד, שׁוֹפְרָא et שִׁיפּוּרָא, ܫܝܦܽܘܪܳܐ *buccina* a שׁוֹפָר, שִׁיפּוּר, ܫܝܦܽܘܪ, מֵינִיקְתָּא, ܡܶܝܢܺܩܬܳܐ et מֵינִקְתָּא *nutrix* a מֵינִיקָא, מֵנִקָא a rad. יְנַק *suxit*. Conf. § 10.

3. denique pro vocali brevi substituta ante literam prop. cum *Dagesch forti* scribendam, sed hoc, ob caussam § 17, VI, 1, *a*. indicatam, non admittentem: ut תְּבָרְכוּן *benedicetis*. Conf. etiam § 10.

§ 20.

VOCALIS BREVIS MUTABILITAS ET IMMUTABILITAS.

Quales vocalis *longae*, tales pariter vocalis *brevis* sunt affectiones. Itaque *transponitur*, *permutatur*, *mutatur*, *pellitur* et *immutabilis* manet.

I. *Transponitur* ut vocalis *longa*, partim *necessitatis*, partim *euphoniae* caussa cum *Schevate*, tam *mobili*, quam *quiescente* ita, ut, vel illud *quiescens*, hoc *mobile* fiat, vel utrumque pellatur, literaque subinde in nonnullis formis, post *transpositam* vocalem, scripta cum lineola, nunc *diacritica*, nunc *occultante*.

1. *Necessitatis* caussa, praesertim apud Syros. — *a.* In omnis generis formis propter literam ܐ vel ܝ, subinde etiam propter literam ܠ *quieti* tradendam: ut ut ܬܐܟܘܠ *edes* pro ܬܐܟܘܠ, § 54, 1. ܫܐܠ *roga* pro ܫܐܠ, § 57, 2. ܘܐܠܗܐ *et Deus* pro ܘܐܠܗܐ, ܐܬܝܠܕ *natus est* pro ܐܬܝܠܕ, ܘܝܬܒ *et sedit* pro ܘܝܬܒ, § 49, II, 3. ܘܐܬܕܟܪ et *recordatus est* pro ܘܐܬܕܟܪ § 11, 4, *c.* — *b.* In mutandis Nominibus, quae Hebraeorum *Segolatis* respondent, § 22, 1. — *c.* In varii generis formis *contractis*: ut

ܒܙ , ܒܰܙ *spoliavit* pro בָּזַז , ܒܙܰܙ , § 50 , 2. יֵלֵף , ܢܶܠܰܦ *docebit* pro יֵאלֵף , ܢܶܐܠܰܦ et hoc pro ܢܶܐܠܰܦ. § 54, 3. יִפְקֹד , ܢܶܦܩܽܘܕ pro יֶאֱפְקֹד , ܢܶܐܦܩܽܘܕ et hoc pro ܢܶܐܦܩܽܘܕ , § 34, I, 3. — *d.* Denique hic illic, ut vulgo sumitur in Praeterito speciei *Peal* ante aliquot Adfixorum, § 90, 2, 5. — *e.* In Verbis ܝܰܗ݁ܒ *dedit* et ܐܶܙܰܠ *abiit*, § 17, V, 3, *a.* 4. uti etiam in Imperativo ܗܰܪܛܶܛ , ܗܰܪܛܶܛܘ Verbi ܪܗܶܛ sive ܪܗܛ *cucurrit.*

2. *Euphoniae* caussa praesertim apud Chaldaeos, in Nominum genere, modo sub lit. *b.* citato; et in nonnullis Particulis compositis: ut ܥܕܰܟܰܡܠ *hucusque* pro ܥܕܰܡܟܰܠ , ܥܕܡܳܬܝ *usquedum* pro ܥܕܡܳܬܝ.

Quaest.

Quaenam in primis transpositioni necessitatis caussa institui solitae obstare videntur?

II. *Permutatur euphoniae* caussa ob literas *gutturales* et ר , ܪ , § 17 , VI, I, *e*, 2. uti etiam subinde extra hunc casum: ut טִפְּשׁוּתָא et טְפַשׁוּתָא *stultitia*, ܫܛܘ ,

et كَأْنٌ *pensum*, אֲבַן, אֶבֶן, אַבְנָא et ܐܶܒܶܢ, ܐܰܒܢܳܐ *lapis*.

Praecipuae Aramaeorum vocales *breves* cum Hebraeorum et Arabum vocalibus *brevibus* et *longis* permutari solitae, sunt:

1. *Petocho* cum *Chirek* ob occursum duorum *Schevatum mobilium* pro priore substituta. Vid. § 21, II, 1, *d*.

2. *Rebozo* cum *Chirek* et *Kesra*. Conf. v. c. ܡܶܢ cum מִן et مِنْ *ex*. Vid. loc. laud.

3. *Secopho* cum *Kamets Chatuph*. Conf. v. c. ܒ݁ܳܬܶܐ cum בָּתִּים *domus*.

4. *Ezozo*, ut etiam *Kibbuts* cum *Cholem*. Conf. v. c. ܢܶܦܩܽܘܕ et יִפְקֻד cum יִפְקֹד.

5. *Diphthongi ai* et *oi*, terminationes quorundam Adjectivorum derivatorum constituentes, cum similium Adjectivorum terminationibus, ־ַי et ـِيٌّ. Conf. v. c. ܝܺܗܽܘܕܳܝ, יְהוּדָי cum יְהוּדִי et يَهُودِيٌّ *Judaeus*.

III. *Mutatur necessitatis* et *euphoniae* caussa.

1. *Necessitatis* caussa. — *a.* In *Scheva*, modo *mobile*, modo *quiescens*, pro diversa formarum ratione, ubi sola propter augmentum, quod praecedentem literam simul et accentum *tonicum* sibi vindicat, syllabam

absolveret: ut יְדָא *manus* pro יְדָא a יַד, מַפְקְדָא,

ܡܦܰܩܕܳܐ pro מַפְקְדָא, ܡܦܰܩܕܳܐ a מַפְקַד, ܡܦܰܩܰܕ,

פְּקֵדַת, ܦܩܶܕܬ pro פְּקֵדַת, ܦܩܰܕܬ a פְּקַד, ܦܩܰܕ.

2. *Euphoniae* caussa in vocalem *longam*: propter *Vau* mediam *radicalem* cum vocali *originali* pulsam: ut ܩܳܡ קָם *surrexit* pro קְוַם ܩܘܰܡ, propter accentum *pausantem*: ut Dan. 2, 32. כְּסָף *argentum* pro כְּסַף, Gen. 20, 16. אִתּוֹכָחַת *reprehensa est* pro אִתּוֹכַחַת, propter literam, tam *quiescentem*, quam *quieti* obnoxiam: ut קְרָא *vocavit* pro קְרָא, מֵילַד *parere* pro מִילַד, יֵאמַר *dicet* pro יֵאמַר, § 23, III. propter literam *gutturalem* et *Resch* prop. cum *Dagesch forti* scribendam, § 17, VI, 1, *a.* denique subinde etiam ante *monosyllaba*: ut הָדֵן *ille* pro הַדֵן.

Obs.

De contractione vocalis Patach et Schevatis compositi Chateph Kamets in vocalem Kamets apud Chaldaeos.

IV. *Pellitur* haud una caussa, praesertim lineola *occultante*, et cum ipsa simul litera, aut *aphaeresi*,

aut *contractione* pulsa: ut ܐܢܐ *sum* pro ܐܢܐ *ego*, ܗܒ *da* pro ܝܗܒ, ܩܕܝܫ pro ܩܕܝܫܐ *sancti*. Conf. § 17, V, 1. § 49, I, 1, II, 4. § 11, 4, *a*.

Reliquae autem vocalium *brevium* mutationes potius referendae sunt ad loca § 19, *num*. IV. post adjectam *Obs*. citata, idque etiam ob easdem fere caussas, quas ibidem commemoravimus.

V. *Immutabilis* plerumque manet: ante literas *gutturales* varia de caussa cum *Dagesch forti* scribendas, (§ 17, VI, 1, *a*.) ante plerasque Adformantes idque quidem in omnibus fere Verborum generibus, (§ 38, 6, *b*.), et denique in syllabis penultimis, exceptis paucissimis, in quibus aliquando permutatur. Vid. *num*. II.

§ 21.

SCHEVATIS SIMPLICIS MOBILIS MUTABILITAS ET IMMUTABILITAS.

Scheva simplex mobile praeter *permutationem*, quae in hoc quidem punctum cadere non potest, easdem cum vocali et longa et brevi habent affectiones, ut nunc *transponatur*, nunc *mutetur*, nunc *pellatur*, nunc *immutabile* maneat.

I. *Transponitur*, partim *necessitatis*, partim *eu-*

phoniae caussa cum vocali, tam *longa*, quam *brevi*, ita ut plerumque, vel *quiescens* fiat, vel *pellatur*. § 19, I. § 20, I.

II. *Mutatur necessitatis*, *euphoniae*, *formae originalis indicandae* et *pronuntiationis notionisque* simul *determinandae* caussa.

1. *Necessitatis* caussa. — *a.* In vocalem *Chebozo* propter *Jud*, in vocalem *Rebozo* simul et lineolam *diacriticam* propter *Ee*, literam item *initialem* (§ 17, VII, 2, 3.) — *b.* In vocalem *Schurek*, quae uni literae *Vau* tribuitur ante literas ב, ו, מ, ף: ut v. c. וּבָתַר *et postea.* — *c.* In *Scheva compositum* sub literis *gutturalibus* et in *Petocho*, aut *Rebozo* ad *Olaph* literam *initialem.* (§ 17, VI, 1, *b*, 2.) — *d.* Denique in vocalem plerumque *brevem* et *in Scheva quiescens.* Et de hac quidem postrema hujus puncti mutatione paullo fusius hic loci disputandum.

Scilicet *tres* literae *mobiles* ope unius vocalis, quam tertia habet, ut apud Hebraeos, ita etiam apud Aramaeos pronuntiari non possunt, neque his etiam, praesertim Syris, minus frequenter, quam illis hic illic, quemadmodum Arabibus ubique displicent *duae* tales literae ope unius vocalis, quam habet posterior, pronuntiandae. Quocirca apud utrosque illos, ubique ob *trium*, et hic illic subinde etiam, uti apud Arabes semper ob *duarum* hujusmodi literarum aute unam vocalem concursum nova formanda est syllaba, quae in sermone

Hebraico et Chaldaico, modo *mixta*, modo *pura* esse solet. Et illa quidem, sive *mixta* constituitur mutando priore *Schevate* in vocalem, plerumque *Chirek*, sub *Aleph* Praeformante vero in *Segol*, uti sub qualibet litera *servili* speciei *Aphel* in *Patach*, utpote vocalem harum literarum *characteristicam*, atque ita posterius sponte fit *quiescens*; vel mutando *Schevate composito* ita, ut sola ejus vocalis servetur et posposterius item *quiescens* fiat. Haec porro, sive *pura* syllaba constituitur mutando priore *Schevate* vulgo in sequentis *Schevatis compositi* vocalem, vel in *Schurek*, quae tamen vocalis uni literae *Vau* tribuitur, posteriore *Schevate*, sive *composito*, sive *simplici* non mutato. Hinc v. c. scribitur בִּשְׁמַיָּא *in caelis* pro בְּשְׁמַיָּא, יִפְקַד pro יְפְקַד, אֶפְקַד pro אֶפְקַד, אַפְקֵד pro אֶפְקֵד; עַבְדֵת *feci* pro עֲבֵדֶת, הָחָרְבַת *destructa est* pro הָחָרְבַת; יַעְבֵד *faciet* pro יַעֲבֵד, בַּאֲסוּר pro בֶּאֱסוּר *cum vinculo*, וּטְעֵם pro וְטְעֵם et *edictum*.

In sermone vero Syriaco syllaba, ob dictam caussam, formanda vulgo, ut semper in Arabico *mixta* est. Haec enim syllaba constituitur ita, ut priori literae tribuatur vocalis *Rebozo*, in primis vero *Petocho* eaque *characteristica* speciei *Aphel*, et haec nova syllaba creatur in mediis subinde vocabulis vocali *Ezozo*. Hinc est v. c. ܒܫܡܰܝܳܐ pro ܒܫܡܰܝܳܐ *in caelis*, ܢܶܦܩܽܘܕ

pro ܢܶܩܒܽܘܪ, ܐܶܬ̥ܩܰܒܰܠ pro ܐܶܬ̥ܩܒܶܠ, ܐܰܩܒܶܪ pro ܐܶܩܒܰܪ; ܬܶܫܒܽܘܚܬܳܐ pro ܬܶܫܒܶܚܬܳܐ et hoc pro ܬܶܫܒܚܬܳܐ a ܬܶܫܒܚܳܐ *laus*, ܡܰܦܽܘܠܬܳܐ *casus* pro ܡܰܦܰܠܬܳܐ et hoc pro ܡܰܦܠܬܳܐ a rad. ܢܦܰܠ. Quamobrem litera *servilis* ante *Olaph* cum lineola *occultante* scriptam sequente litera, vocali destituta, semper quoque vocalem *Petocho* accipere debet: ut ܘܰܐܚܪ̈ܢܶܐ *et alii* pro ܘܶܐܚܪ̈ܢܶܐ. Aliquando *Olaph* pellit lineolam, et praemissa litera *servilis* accipit vocalem *Rebozo*: ut ܒܶܐܚܪܳܝܘܬܳܐ *in postremo* pro ܒܐܶܚܪܳܝܘܬܳܐ.

Quaest.

Quare tam pauca, tam propemodum nulla in sermone Chaldaico inveniuntur exempla, in quibus Scheva simplex mobile ante Chateph Kamets in Kamets Chatuph, uti etiam in quibus Chateph Kamets ante Scheva mobile in Kamets Chatuph mutatum est, et quae proprie horum exemplorum est ratio?

2. *Euphoniae* caussa. — *a.* In *Scheva compositum* sub literis non *gutturalibus*, subinde etiam in *Petocho* ad literas et *gutturales* et non *gutturales*: ut קֳדָם et

קֳדָם *ante*, ܪ̈ܳܥܘܳܬ pro ܪ̈ܳܥܘܳܬ a sing. ܪܳܥܝܳܐ *pastor*, ܐܳܣ̈ܘܳܬ pro ܐܳܣܘܳܬ a sing. ܐܳܣܝܳܐ *medicus*. — *b.* In vocalem *Kamets* propter *pausam*: ut Exod. 33, 4. יִתְאַבָּלוּ *luxerunt* pro יִתְאַבְּלוּ. — *c.* In *Scheva quiescens* propter praepositam primam *Alphabeti* literam cum vocali plerumque E, I aut A, ut ita antevertatur, ne duae literae ante unam vocalem in syllabae principio pronuntientur: ut אֶנְרוּךְ *pignus* pro נְרוּךְ, ܐܶܫܟܰܚ *invenit* pro ܫܟܰܚ. Eodem in primis proposito sic vocabula peregrina scripta occurrunt: ut אִסְטְרָטִיג pro סְטְרָטִיג a Graeco στρατηγός, ܐܶܣܛܰܕܝܳܐ pro ܣܛܰܕܝܳܐ a Graeco στάδια.

Prothetica haec litera ad memoratum literarum concursum tollendum apud Hebraeos quoque, et in primis apud Arabes usurpatur: apud illos, ut apud Aramaeos semper *euphoniae*, apud hos vero semper *necessitatis* caussa. Nam in uno eodemque vocabulo, cum Hebraico, tum Aramaeo, modo usurpatur, modo negligitur, imovero regulariter non usurpatur, quia in utroque hocce sermone duae literae in syllabae exordio ante unam vocalem pronuntiari possunt, quemadmodum modo *num.* 1. dictum est. Ita v. c. cum Hebr. אֶזְרוֹעַ et זְרוֹעַ, tum Chald. אֶזְרַע et זְרַע, idem est, quod

Syr. ܕܪܳܥܳܐ et Arab. ذِرَاعٌ *brachium*, ܐܶܟܡܳܐ et ܟܡܳܐ i. q. Chald. כְּוָת *sicut*. Couf. porro Verborum *regularium* Imperativos speciei *Kal* et *Peal*, uti etiam regulares *radices* Aramaeas et centenas alias formas, cum Hebraeas, tum Aramaeas. Ast vero in sermone Arabico, ob dictam citato loco caussam, non ita fluctuat literae hujus *protheticae* usus, sed constanter usurpatur, ubi linguae ratio non admittere potest Praeformantem, aut Praepositionem, aut aliam literam *servilem* qualemcunque tandem illam, cujus vocali duarum literarum ante unam vocalem pronuntiandarum concursus tolleretur. Hinc ergo intelligitur, cur v. c. إِصْبَعٌ semper sit *digitus*, nunquam vero صْبَعٌ; cur Verbi *regularis* Imperativus in prima specie, et cur multiplex alia, ipsa etiam vocabulorum peregrinorum forma hanc literam *Aleph* cum vocali habeant *prostheticam*. De alia porro *protheticae* hujus literae et ratione et vi, plura § 65, 1.

3. *Formae originalis indicandae* caussa in vocalem *Petocho*, aut *Rebozo* ratione habita literae *servilis* ante literam proprie sine vocali scribendam, sed cum rejecta literae *Olaph* ita *quieti* traditae vocali scriptam: ut ܡܳܐܐ *quod centum* pro ܡܳܐܐ et hoc pro ܡܐܐ, ܫܶܐܠ *et rogavit* pro ܫܐܶܠ et hoc pro ܫܐܠ, ܢܶܫܐܠ *rogabit* pro ܢܫܐܶܠ et hoc pro ܢܫܐܠ. Conf. *num*. I, II, *d*.

4. *Pronuntiationis notionisque determinandae* caussa in punctum *diacriticum* et in lineolam *occultantem*, quatenus utrumque hocce artificium hic illic loco *Schevatis mobilis* quasi usurpatum est. Conf. § 7, II, 2. § 17, V, 3, *b*.

Obs.

De אִשְׁתִּי, ܐܶܫܬܺܝ *bibit*, אֶשְׁתְּ, ܐܶܫܬܝ *bibe aliisque formis vario modo a grammaticis explicitis.*

III. *Pellitur* varia de caussa, quoties locum facit transpositae sequentis literae, maxime, vel *contractione* elisae, vel *quieti* traditae vocali: ut v. c. יִפְקֹד, ܢܶܦܩܘܿܕ pro יְאִפְקֹד, ܢܶܐܦܩܘܿܕ et hoc pro ܢܶܐܦܩܘܿܕ, מֶלֶךְ, ܡܰܠܶܦ *docens* pro מְאַלֵּךְ, ܡܰܐܠܶܦ et hoc etiam pro ܡܰܐܠܶܦ, בַּז, בָּז, ܒܙ *spoliavit* pro בְּזַז, ܒܙܙ, סָאתָא *satum* pro סְאָתָא a סְאָה, ܫܐܠ *petiit* pro ܫܶܐܶܠ; uti etiam subinde una cum litera per *aphaeresin*: ut v. c. פֵּק, ܦܘܿܩ *exi* pro נְפֵק, ܢܦܘܿܩ. Conf. § 19, I. § 20, I.

Quaest.

Quibus difficultatibus, sive dubiis, haec premitur doctrina?

IV. *Immutabile* fere manet ante vocalem. Unde ergo repetendum, cur literae, quae vocantur Praeformantes, (§ 39.) et Praefixa (§ 87.) aliusque etiam generis literae *serviles* apud Chaldaeos, quemadmodum apud Hebraeos cum *Schevate*, puncto suo, ut ita dicam *originali*, et apud Syros ergo sine vocali (§ 4.) scriptae maneant: ut יִפְקַד, ܢܦܩܘܕ, לְחַרְבָּא, ܠܚܪܒܐ *gladio.* Et ita etiam *immutabile* manet sub Praefixis ante *Olaph* cum lineola *occultante* scriptam, quoties sequens litera vocalem habet: ut ܕܐܢܫܐ (*d'noscho*) *homo.*

§ 22.

SCHEVATIS QUIESCENTIS MUTABILITAS ET IMMUTABILITAS.

Quaemadmodum *Scheva* praeced. paragrapho descriptum, ita et hocce *Scheva* non *permutatur*, sed tantummodo *transponitur*, *mutatur*, *pellitur* et *immutabile* manet.

I. *Transponitur*, ut *Scheva mobile*, (§ 21, 1.) partim *necessitatis*, partim *euphoniae* caussa cum vocali, tam *longa*, quam *brevi*, § 19 et § 20, I. Quae quidem utriusque *Schevatis* cum utraque vocali *transpositio* in dialecto Aramaea, quaemadmodum citatis locis vidimus, perquam frequens est, in primis etiam ratione

habita formae *originalis* et mutandae et denuo restituendae in Nominibus, quae Hebraeorum *segolatis*, seu *penacutis* a grammaticis appellari solitis respondent. Scilicet, ut apud Arabes nunquam *duas*, ita apud Aramaeos, ut apud Hebraeos, nunquam *tres* literas *mobiles* syllabam, aut inchoare, aut finire posse; apud utrosque porro hosce aliquando accidere, ut *duae* hujusmodi literae in una eademque syllaba unam vocalem excipiant, vidimus (§ 12, 5.); uti etiam, quomodo concursus *trium* literarum *mobilium* ante vocalem tollatur (§ 21, II.) Jam vero, quomodo difficilis plerumque *duarum* literarum post unam vocalem pronuntiandarum concursus evitari soleat, et quatenus hujus generis Nominibus *originalis* restituatur forma, nobis etiamnunc, ut significemus, reliquum est.

1. *Tollitur* haecce difficultas plerumque, vel punctorum *transpositione*, vel literarum *quiete* pro diversa, qua hujus generis Nomina sunt, ratione.

a. Scheva quiescens in Nominibus *perfectis* cum primae literae vocali vulgo *transponitur*, et proin *mobile* fit; non vero, etsi subinde in Chaldaico, ut in sermone Hebraico nova formanda syllaba constituitur ope vocalis *Segol*, aut *Patach*, quae secundae *radicali* tribuitur, et mutanda haud raro vocali *Patach* primae *radicalis* pariter in *Segol*. Ita v. c. a גְבַר, ܓܰܒܪ est גְבַר, ܓܶܒܪ non גֶּבֶר, ܓܰܒܪ *vir*, a טְעֵם, ܛܥܶܡ est טְעֵם, ܛܥܡ

non טְעֵם, ܛܰܥܡܳܐ *gustus*, a ܩܽܘܕܫܳܐ denique est ܩܽܘܕܫܳܐ, sed a קֻדְשׁ est קוֹדֶשׁ vel קוּדְשׁ *sanctitas*. Et saepius ita Chaldaei in uno eodemque etiam vocabulo, modo suam, modo Hebraeorum, quemadmodum hi pariter illorum subinde rationem sequuntur. Ita v. c. ab אֶבֶן Chaldaeis non solum est אֶבֶן sed etiam אֶבֶן *lapis*, et a גְּבַר Hebraeis non solum est גֶּבֶר sed etiam גְּבַר *vir*.

b. In Nominibus porro mediam ܘ, aut ܝ *radicalem* habentibus, *Scheva quiescens*, ut subinde etiam apud Hebraeos, pellitur, et utraque litera, mutata vocali, *quieti* traditur. Idem locum habet in hujusmodi Nominibus Chaldaicis, quorum media est (ו), sed in iis, quorum media est litera ' plerumque more Hebraeorum assumitur vocalis *Chirek*. Ita v. c. a יְוֹם, ܝܰܘܡܳܐ est יוֹם, ܝܽܘܡܳܐ *dies*, a עֵין, ܥܰܝܢܳܐ est עַיִן, עֵין, ܥܺܝܢܳܐ *oculus*.

c. Denique in Nominibus, quorum tertia est ' pari modo, quo in Nominibus *perfectis* puncta transponuntur, more etiam Hebraeorum. Ita v. c. a שְׁלֵו est שְׁלוּ *tranquillitas*, a בְּכֵי sive בְּכֵי est בְּכִי *fletus*, a עֲפֵי est עֳפִי pro עֳפִי *ramus* (§ 17, VI, 1, *b.*). Apud Syros vero in hujus generis Nominibus punctorum *tra-*

jectio locum non ita habet, nec opus est, ut ita instituatnr, propterea quod tertia *radicalis* manet *otians*, atque adeo prima *radicalis*, quemadmodum in eruditorum apud Arabes sermone, semper vocalem suam servat: ut ܫܠܝ *tranquillitas*, ܐܠܝ *ejulatus*, ܒܟܝ *fletus*.

Quaest. 1.

Quidni Aramaei in Nominibus perfectis difficultatem trium literarum mobilium, ope unius vocalis, quam prima habet litera, pronuntiandarum plerumque more Hebraeorum tollunt?

Quaest. 2.

Qua auctoritate nititur tradita descriptio de Nominibus, quorum in sermone Syriaco tertia Jud est?

Obs.

De Vocabulo פֵּירָא, ܦܐܪܐ *fructus.*

2. *Originalis* horum Nominum forma punctorum *transpositione*, sive vocalis *subsidiarae*, sive etiam *quietis* ope mutata, iterum, simulac incrementum *finale* accesserit, quodammodo *restituitur*, quemadmodum item, etsi non ita ante omnia semper iucrementa *finalia*, apud Hebraeos regulariter fieri solet. Tertiam nimirum literam *radicalem*, unam mutatae formae *originalis* caussam terminatio, et *feminina* א, ܐ, (§ 67.) et *emphatica* (§ 69.) et *pluralis* utriusque generis (§ 68.)

et quodlibet *Adfixum*, sive cum *Schevate*, sive cum vocali appositum, (§ 93.) uno verbo, incrementum qualecunque tandem illud sibi vindicat. Hinc omne incrementum, quoniam ita efficit, ut non *tres*, sed *duae* tantum literae syllabam finiant, omnem tollit difficultatem. Quapropter nihil quicquam, ut intelligitur, amplius impedit, quominus eatenus *originalis* forma redeat, sed cum vocali *brevi* pro *longa*, utpote nunc in syllaba *mixta* sine accentu, propter illud nempe incrementum, deducto, posita proprie non admittenda, (§ 19, III, 1.) etsi vice plus simplici admissa. Ita v. c. est forma *emph.* גַּבְרָא, ܓܰܒܪܳܐ a גְּבַר, ܓܒܰܪ *vir*, טַעְמָא pro טְעֵמָא, ܛܰܥܡܳܐ a טְעֵם, ܛܥܶܡ *gustus*, קְדָשָׁא, קְדֻשָּׁא, קוּדְשָׁא, ܩܽܘܕܫܳܐ a קוֹדֶשׁ, קוּדֶשׁ, ܩܽܘܕܫ *sanctitas*, ܝܰܘܡܳܐ a ܝܰܘܡ *dies*, עֵינָא, ܥܰܝܢܳܐ a עַיִן, ܥܰܝܢ *oculus*, שְׁלָוָא a שְׁלֵו *tranquillitas*, בִּכְיָא a בְּכִי *fletus*, עִפְיָא a עֲפִי *herba*. Et ita etiam ante alia incrementa *finalia*. Conf. praeter *num.* I. reliqua citata loca.

II. *Mutatur* partim *necessitatis*, partim *euphoniae*, et partim denique *pronuntiationis notionisque determinandae* caussa.

1. *Necessitatis* caussa in *Patach furtivum* § 17, VI, 1, *d.*

2. *Euphoniae* caussa: — *a.* more Hebraeorum in *Scheva compositum*, idque quidem in hujusmodi fere semper illud, cujus vocalis cum praecedentis literae vocali est eadem: ut יֶחֱלִיף pro יֶחְלִיף *permutabit*, מֶהֱדַר *redire* pro מֶהְדַר, הָחֳרַב *devastatus est* pro הָחְרַב; — *b.* subinde etiam in vocalem *longam* propter retractum accentum *pausantem*: ut v. c. Gen. 3, 7. זְרָזִין *cingula* pro זְרְזִין. Sed vid. § 30, I, 1.; — *c.* in vocalem Pronominis ܗܘ̇ et ܗܝ̣ § 17, V, 3.

Quaest.

Memorata modo, sub litera a. Schevatis hujus in Scheva compositum mutatio, quatenus admitti, quatenus admitti non potest?

3. *Pronuntiationis* atque ita *notionis determinandae* caussa: quatenus litera ex *analogia* proprie, aut sine, aut cum *Schevate quiescente* scribenda, aliquando scribitur, vel cum puncto *diacritico*, vel cum lineola, modo *Mehagjono*, modo *Marhetono*, modo, idque multo frequentius, *occultante* § 7, II, 2, 3, *c*, *d*. § 4, 2. § 17, V, 2, 5.

III. *Pellitur*: quoties ejus locum sibi vindicat sequentis literae, maxime, *quieti* sic tradendae vocalis: ut ܡܳܢܳܗ̄ܝ *quae est?* pro ܡܳܢܳ ܗ̄ܝ, ܐܶܙܰܠ (*esat*)

abiit pro ܐܶܙܰܠ (*es-lath*), ܢܶܫܰܐܠ pro ܢܶܫܰܐܠ *ro-gabit*; et quoties ipsa ejus litera, aut *quieti* est tradita, aut, modo ob hanc, modo aliam ob caussam pulsa: ut מֵילַד, ܡܐܠܕ pro מִילַד, ܡܝܠܕ a rad. יְלַד, ܢܶܠܰܕ *peperit*, פַּקֵּד, ܦܰܩܶܕ pro פַּקְקֵד, ܦܩܩܕ, מִדַּע, ܡܕܥ pro מִידַע, ܡܝܕܥ a rad. יְדַע, ܢܶܕܰܥ *novit*. Reliquae *Schevatis quiescentis* mutationes referuntur ad § 30. § 71, I. et ad Pars IV, propter caussam § 19. post *num*. IV. *obs*. traditam. Conf. § 17, V, 3, *c*, 4. § 57, 2. § 55, 1. § 49, I, 2, II, 4.

IV. *Immutabile* manet in omnibus syllabis, in quibus, extra memoratos casus, ipsa vocalis manet, non mutata.

§ 23.

SCHEVATIS COMPOSITI MUTABILITAS ET IMMUTABILITAS.

Scheva hocce, ut vocalis *longa* et *brevis*, partim *transponitur*, partim *permutatur*, partim *mutatur*, partim *pellitur*, partim *immutabile* manet.

I. *Transponitur* cum vocali, maxime *brevi*, ut *Scheva simplex mobile*, idque quidem eandem etiam

ob caussam parique modo. (§ 21, I.) Ita v. c. עֲבְדִין est a עֶבֶד pro עַבְדְ servus.

II. *Permutatur*: quatenus sub litera *gutturali* in vocis principio aliquando invenitur, modo *Chateph Segol*, modo *Chateph Patach*: ut אֱמוּנָה et אֲמָנָה *fides*.

III. *Mutatur*: nunc *necessitatis* caussa in *Scheva quiescens*, ubi cum vocali transponitur, (§ 19 et 20.) et in vocalem brevem propter *Scheva*, quod sequitur, sive *simplex*, sive *compositum*; (§ 21, II.) nunc *euphoniae* caussa in vocalem *Kamets* propter retractum accentum *pausantem*; interdum etiam, ut apud Hebraeos, more Syrorum in *Tseri*: ut Gen. 4, 9. אָנָא *ego* pro אֲנָא; Exod. 16, 23. אֵפוּ *coquite* pro אֱפוּ a rad. אָפָא.

Obs.

De alia ejus euphoniae caussa mutatione.

IV. *Pellitur euphoniae* caussa: ubi contrahitur sub *Aleph* cum praecedente vocali *Segol* in *Tseri*, in qua ejus sic litera *quiescat*; sub *Aleph* Praeformante ante *Aleph* primam *radicalem* per *contractionem* elisam, et etiam una cum litera in varii generis formis contractis: ut לֵאלָהָא *Deo* pro

לֶאֱלָהָא; אֲבַד *perdam* pro אֶאֱבַד; יְקִים *stabilivit* pro יְאַקִים; תְּרֵיסַר *duodecim* pro תְּרֵיעֲסַר. Conf. § 54, 3. § 44, 4. § 73, II, 1.

De ceteris *Schevatis compositi* mutationibus, nobis, ob caussam § 19. post *num.* IV. *Obs.* memoratam agendum erit § 30. § 71, I. et in *Part.* IV.

V. *Immutabile* manet alibi ante *vocalem.*

§ 24.

PATACH FURTIVI MUTABILITAS.

Non alia *Patach furtivi* est in sermone Chaldaico, quam in Hebraico *mutabilitas*, quaeque ergo ad unam *abjectionem* pertinet. Nam in utroque sub iisdem literis, in eodem casu et eodem etiam proposito scribitur. Conf. § 4, I. § 17, VI, 1, *d.* Itaque hoc punctum, quod *Schevatis quiescentis* est *vicarium*, quo tres illae literae in fine tantummodo vocum indigeant, *pellitur* appositae, sive literae, sive syllabae vocali: ut רוּחָא a רוּחַ *spiritus*, שְׁלִיחִין *muncii* a שְׁלִיחַ; uti etiam, ubi vocales praecedentes propter hasce literas, utpote *gutturales* mutantur in vocalem A. § 17, VI, 1, 2.

§ 25.

PUNCTI MAPPIK MUTABILITAS.

Omnis quoque hujus puncti *mutabilitas* posita est in ejus *abjectione*.

Cum enim more Hebraeorum usurpetur, more pariter Hebraeorum, partim regulariter, partim irregulariter pulsum invenitur. Et regulariter quidem mutatur, id est, *pellitur*, ubi *He* litera *finalis* litera esse desiit, atque adeo hoc puncto non amplius indiget, (§ 5.) utpote appositae, sin minus syllabae, certe literae vocali *mobilis*: ut מִתְנַגְּבְהִין *efferentes se* a sing. מִתְנַגְּבֵהַּ a rad. גְּבַהּ, אֱלָהָא ab אֱלָהּ *Deus*. Et extra hunc casum irregulariter pulsum invenitur, sive desideratur, idque quidem non semper unam eandemque ob caussam.

§ 26.

DAGESCH, RUCOCH, CUSCHOI, CETERORUMQUE PUNCTORUM DIACRITICORUM MUTABILITAS.

Inter haecce puncta, unum *Dagesch forte* maxime illud, notabilem, haud uno modo, quandam veluti mutationem vice plus simplici subit; Syriaca vero puncta *diacritica* exiguam, vel potius proprie nullam. Omnis enim, quam hujus generis puncta subeunt *mu-*

tatio posita est in uno eorum *neglectu*, qui maxime observari solet ratione habita et *Rucoch* et *Cuschoi.* Quocirca nobis quidem ea, quae, cum de utriusque hujus, tum de ceterorum punctorum *diacriticorum* indole, usu et ratione omni § 7, II. diximus, sufficiunt.

§ 27.

DAGESCH FORTIS MUTABILITAS.

Puncti hujus *mutabilitas* latius apud Chaldaeos, quam apud Hebraeos patet. Nam, non tantum more Hebraeorum *pellitur*, verum etiam, peculiari quadam ratione quasi et *transponitur* et *mutatur.*

I. *Transponitur*: quatenus mediae *radicalis* defectus in formis incremento *initiali*, uti etiam *finali* simul auctis apud Chaldaeos per *Dagesch forte* in prima *radicali* indicatur: ut תַּדֵּק pro תַּדְקֵק et hoc pro תְּאַדְקֵק a דְּקֵק *contudit.*

Quaest.

Quomodo factum, ut quidam grammaticorum minus bene judicaverint de media radicali apud Hebraeos, more Chaldaeorum in prima radicali per Dagesch forte minime tam saepe, ut videtur, compensata?

II. *Mutatur*: quatenus subinde pro eo usurpatur litera *Aleph*, vel, idque multo frequentius litera *Nun*

cum *Schevate*: illa, sive *Aleph* post, haec vero, sive *Nun*, ut etiam apud Arabes, ante literam proprie e recepta consuetudine cum *Dagesch forti*, sive *Teschdid* scribendam: ut v. c. אִתְמְלִיאַת *impleta est* pro אִתְמְלִיַת מַנְדָּה *tributum* pro מִדָּה ex מִדְדָּה a rad. מְדַד coll. Hebr. מִדָּה, سنبلة *spica* pro سبلة coll. Hebr. שִׁבֹּלֶת. Similis porro est in sermone Syriaco utriusque hujus literae, imo vero literae *Olaph* subinde etiam ante literam ex ordine proprie geminandam usus: ut v. c. ܡܰܣܐܒ *acceptio* pro ܡܰܣܰܒ et hoc pro ܡܰܢܣܰܒ a rad. ܢܣܰܒ coll. Chald. מְסַב pro מְנַסַּב, ܐܶܬܓܰܢܒܰܪ pro ܐܶܬܓܰܒܰܪ coll. Chald. אִתְגַּבַּר *factus est heros*, *invaluit*, et Hebr. הִתְגַּבֵּר *fortem se gessit* a ܓܰܢܒܳܪܳܐ pro ܓܰܒܳܪܳܐ coll. Chald. גִּבַּר et Hebr. גִּבּוֹר *heros*, ܕܐܠܺܝ *sustulit* pro ܕܰܠܺܝ a rad. ܕܠܳܐ coll. Hebr. דָּלָה et Arab. cum دلا tum دلي. Litera porro apud Syros saepe ex anologia pulsa, et proin proprie in sequente litera per duplicationis notam compensanda, aliquando etiam ante incrementum *finale* denuo restituitur, et ita restituta cum lineola *occultante* scribitur. Ita v. c. ܟܰܠܠܳܬܳܐ *sponsae* pro ܟܰܠܬܳܐ

est a sing. ܟܠܐ, coll. Chald. כַּלָּא et Hebr. כַּלָּה, pro ܟܠܠܐ, ܝܰܡܡܶܐ *maria*, a sing. ܝܰܡܐ, coll. Chald. יַמָּא et Arab. يَمّ *mare*, uti etiam Hebr. יַמִּים *maria*. Conf. § 17, V, 5 et § 68, II, 1, *b*, *δ*. — Denique litera *Tau* syllabae, אִתְ, ܐܶܬ݁, qua Species *passivae* formantur, ibi apud Syros bis scribitur, ubi apud Chaldaeos per *Dagesch forte* duplicatur: ut ܐܶܬ݁ܬ݁ܦܩܶܕ, אִתְפְּקֵד, ܐܶܬ݁ܬ݁ܩܺܝܡ, אִתְקָם. Conf. porro § 34, II, 1. et § 58, I, 1.

Obs. 1.

De harum literarum loco Dagesch fortis usurpatarum momento, uti etiam de dubiis et difficultatibus, quibus illud obscuratur et premitur.

Obs. 2.

De singulari subinde Dagesch fortis apud Chaldaeos neglectu.

Quaest. 1.

Quare Aramaei pro Dagesch forti subinde literam Aleph substituunt, in primis vero una cum Arabibus literam Nun?

Quaest. 2.

Quid de formis סוֹבַר *portavit,* שֵׁיזֵב *eripuit, aliisque hujus generis formis existimandum?*

III. *Pellitur necessitatis* caussa e litera per *apocopen* facta *finali*: ut גּוֹב *fovea*, quatenus est a גֻּבָּא; uti etiam *euphoniae* caussa e litera, cujus vocalis *Schevati* locum fecit: ut כַּכְּרִיתָא pro כַּבְרִיתָא *favus*, גִּנְתָּא pro גִּנְּתָא *hortus.* Quo in casu hujusmodi litera non ita more Hebraeorum accipere solet *Scheva compositum.*

Quaest.

Quare multo minus frequenter Dagesch forte in sermone Chaldaico, quam in Hebraico pulsum invenitur?

§ 28.

DAGESCH LENIS MUTABILITAS.

Verbum item de hujus puncti dicendum *mutabilitate*, quatenus cernitur in peculiari quodam ejus usu apud Hebraeos non ita obvio. Hoc nimirum punctum generatim, quidem, ut (§ 7, I, 2. et § 17, 1.) dictum est, more Hebraeorum et usurpatur et non usurpa-

tur, sed non minus regulariter contra Hebraeorum consuetudinem, ut quidam grammaticorum ponunt, tertiae *radicali* non imprimitur, atque ita etiam post tertiam *radicalem*, eamque maxime *Jod*, non scribitur. Argumento esse non potest exemplum v. c. מַלְכוּת *regnum*, sive מַלְכוּ et hujus generis alia, sed תְּקִפַת *obduratus est*, Dan. 5, 20. עַבְדֵת *feci*, Cap. 3, 15. עֲבַדְתְּ *fecisti*, הֲוַיְתָ *fuisti*, חֲזַיְתָ *vidisti* Cap. 4, 32. 2, 31, 45. et alia hujusmodi utriusque hujus generis exempla, quorum vis non infringitur v. c. שַׁבַּחְתָּ *laudasti*, הַדַּרְתָּ *honorasti* Cap. 5, 23. et similibus aliis speciminibus. Quamquam autem haec omnia ita sese habent, tantum tamen abest, ut ipsa positio omni jam dubio major aestimanda sit, ut suis etiam nunc difficultatibus prematur. Quamobrem facile intelligitur, qui factum, ut minime grammatici eam omnes suam fecerint, sed contra plerique eorum contenderint, *Dagesch lenis* usum apud Chaldaeos totum esse Hebraicum.

Quaest.

Quid igitur statuendum de dispari hocce grammaticorum judicio ratione habita usus Dagesch lenis in sermone Chaldaico?

§ 29.

ACCENTUUM ALIORUMQUE PUNCTORUM, QUIBUS VARII GENERIS DISTINCTIONES EXPRIMUNTUR, MUTABILITAS ET IMMUTABILITAS.

Hic loci nobis solummodo de unius accentus *tonici*, cum *mutabilitate*, tum *immutabilitate* et de varii generis, quas non tantum subit, verum etiam, quas affert *mutationibus* agendum est. Nam non alius, sed ejusdem plane indolis est accentus *euphonici* et *notarum*, quibus sermo vario modo dividitur, quam *Rucoch*, *Cuschoi* aliorumque *diacriticorum* punctorum *mutabilitas* § 26. indicata. Quocirca iis ipsis etiam, quae et de hocce accentu § 10. et de hisce distinctionis notis § 8, 3. monuimus, satis manifestum est in horum punctorum apparatum non cadere, aut *mutabilitatem*, aut *immutabilitatem* proprie sic dictam, qualem descripsimus ratione habita et *vocalium* et *Schevatum*. Et hanc ipsam quoque ob caussam, ut id ita verbo moneam, non habemus, quod nostrae, cum § 4, 2. de lineola *Marhetono* et *Mehagjono*, tum § 11 de lineola *Makkeph*, *occultante* et aliis lineolis disputationi adjiciamus.

§ 30.

ACCENTUS TONICI MUTABILITAS ET IMMUTABILITAS.

Accentus *tonicus*, tametsi, uti vidimus § 9, 3. in sermone Hebraico plerumque cum ultima, in Aramaeo

vero saepius cum penultima copulatur syllaba, tamen in hoc pariter, ut in illo, modo *mutabilis*, modo *immutabilis* est, neque etiam alia nobis utriusque hujus, qua cernitur affectionis, aut ratio occurrit, aut caussa.

Mutari ergo in hoc item sermone accentus *tonicus* dicitur, cum, aut e syllaba ultima ad penultimam *retrahitur*, aut vicissim ex hac ad illam *deducitur*, aut e neutra ita transfertur, sed ex utraque, tam ultima, quam penultima *pellitur*; et *non mutari* dicitur, cum locum suum tueri peragit. Scilicet mutatus quidem varias ob caussas sermonis et habitus et cursus, uti etiam scribentis loquentisve animus haud raro conjunctus esse solet cum accentus hujus mutatione, ita ut modo *retrahatur*, modo *deducatur*, modo *pellatur*; sed utriusque etiam linguae ratio saepe numero in sermone, qualemcunque tandem ob caussam mutato, nullam accentus mutationem admittit, postulatque adeo, ut suo loco *maneat*.

I. *Retrahitur* subinde *euphoniae* caussa: quando et *tonum* simul figit, et, ut cum Judaeis loquamur סוֹף פָּסוּק *finem* versus indicat: ut v. c. Gen. 3, 7. חֲגֹרֹת *cingula* pro חֲגֹרֹת; quando in proxima sequentis vocis syllaba etiam adest, ut ita accentuum *tonicorum* concursus evitetur: ut Dan. 7, 12. יְהִיבַת לְהוֹן *data est iis* pro יְהִיבַת לְהוֹן, Exod. 2, 2. יְלִדַת בַּר *peperit filium* pro יְלִדַת בַּר Esr. 6, 12. שָׂמֶת טְעֵם

promulgavi edictum pro שָׂמֶת טְעֶם. Conf. § 22, II, 1, *b*. § 19, III, 1. § 23, III.

Raro autem accentum *tonicum* invenimus *retractum* idque quidem, cum alias ob caussas, tum ob peculiarem hanc dialecti Aramaei affectionem, quae cernitur, et in magno formarum, tam *penacutarum*, quam *monosyllabicarum* numero, et in frequentissimo, cum *Schevatis mobilis*, tum literarum *otiantium*, uti etiam in nullo *Vau conversivae* Futuri usu.

Obs.

De exemplis minus bene ad accentus tonici retractionem probandam a nonnullis grammaticorum adductis; uti etiam de difficultate, qua premitur exemplum, modo ex Esrae loco ductum.

II. *Deducitur* ob varii generis incrementa *finalia*, quae eum, vel ad propriam suam, vel ad proxime praecedentem syllabam deducunt, propterea quod harum syllabarum alterutra fere semper summo cum tono pronuntianda est, ut (§ 9.) dictum est. Et praecipua haecce incrementa sunt: variae indolis terminationes formam Nominum et *auctam* et *deminutivam* constituentes, (§ 66.) terminatio *emphatica*, (§ 69, II.) terminatio in singulari numero feminini generis nota, (§ 67.) terminatio pluralis utriusque generis, (§ 68, II, 1, 2.) terminatio ִין, ܝܢ, aut pro termina-

tione plurali masculini generis substituta, aut solita *dualis* terminatio, (§ 68, II, 1, *b*, *y*, III.) pleraeque porro Adformantium, (§ 38.) pleraque item Adfixorum, (§ 78.) uti etiam literae, quae vocantur *paragogicae* § 88.

III. *Pellitur* aliquando, praesertim ante lineolam *Makkeph* ita, ut vocalis *longa* in syllaba *mixta* sic accentu privata, in *brevem* mutetur, quam tamen regulam haud semel migratam reperimus: ut Gen. 6, 13. כָּל־בָּשָׂר *omnis caro* a כֹּל; sed Deut. 2, 28. est תִּתֶּן־לִי *dabis mihi* pro תִּתֵּן־לִי, et cap. 7, 11. אָנֹכִי מְצַוְּךָ *praecipio tibi* pro מְפַקֵּד־לָךְ. Conf. porro § 19, III, 1. et § 14, 1.

IV. *Immutabilis* plerumque manet ante incrementum *finale*, in primis, quatenus illud cernitur in nonnullis, tam *Adformantium*, (§ 38.) quam *Adfixorum* § 78.

Quaest.

Quae praesertim incrementorum finalium, quatuor hasce generales regulas migrare subinde solent, et quas maxime ob caussas?

§ 31.

SYLLABARUM MUTABILITAS ET IMMUTABILITAS.

Posteaquam de elementorum et syllabarum ratione, de literarum ac punctorum, cum *mutabilitate*, tum *immutabilitate*, qualicunque tandem modo disputavimus, profecto, non opus est, ut videtur, insuper disputare de syllabarum, sive *mutabilitate*, sive *immutabilitate*. Etenim, quicunque superiorem illam disputationem probe ceperit, idem sponte etiam, nemine monente perspiciet facillime, quibus in casibus, quibus modis, et quas etiam ob caussas syllabae modo *producantur*, modo *corripiantur*, modo *contrahantur*, modo *purae* in *mixtas*, et vicissim *mixtae* in *puras* mutentur, et denique modo etiam totae, aut *destruantur*, aut intactae relinquantur, ita ut *immutabiles* maneant.

Hoc unum tamen hic loci monendum, *puras* syllabas in statu *absoluto* multo plures in sermone Aramaeo esse, quam in Hebraico et Arabico.

Atque ita, quod addamus, nunc quidem non habentes, transeamus ad *Partem tertiam*, nos ad ipsas describendas *orationis partes* invitantem.

Pars Tertia.

ORATIONIS PARTES.

Primariae Aramaei, ut et Hebraici et Arabici sermonis partes, quae a plerisque grammaticorum, cum antiquioris, tum recentioris aetatis distincte nominantur, tres sunt: *Verbum*, *Nomen* et *Particula*. Et de nostra pariter sententia non opus est, ut, aut plures constituantur, aut alium etiam in iis commemorandis et proin describendis sequamur ordinem; quamquam minime negemus esse item argumenta eaque non modo *grammatica*, verum etiam *philosopha* et *analogica*, quae aliorum grammaticorum doctrinam non minus commendare videantur.

Obs.

Diversarum opinionum de numero partium orationis historia.

Quaest.

Quae in primis generali illi sermonis in tres memoratas partes divisioni non favere videntur?

CAPUT I.

VERBA.

Non mirum profecto in grammaticis item Aramaeis varias inveniri Verborum *divisiones*, sive *classes*. Nam diversa Verborum ratio et interna, sive significatio, et externa, sive forma sponte grammaticos duxit eo, ut diversas Verborum classes conficerent; licet non easdem omnes, sed alii plures, pauciores alii; et licet ratione etiam habita appellationis uni alterive classi tributae, alii in aliam sententiam abirent.

Nostra autem, ut videtur maxime refert Verba dividere partim in *perfecta* et *regularia*, partim in *imperfecta* et *irregularia*. Illa quidem, sive *perfecta* et *regularia* Verba nobis ea sunt, quae tres literas *radicales* in nullis non Speciebus, semper ubivis solito loco et *praesentes* habent et solitis cum punctis *mobiles*; haec vero, sive *imperfecta* et *irregularia*, quae *radicalium* literarum *defectu*, *quiete*, *suppressa pronuntione*, *trajectione*, *permutatione*, et *numero*, vel punctorum *varietate*, semper plus minusve, et vero subinde insigniter a Verbi *perfecti* et *regularis* norma deflectunt.

Ut autem perspiciatur, quae inter diversi, quod constituimus, generis Verba convenientia simul sit ac discrepantia, *generales* Verborum tradendae sunt *proprietates*, eaeque *perfectorum* porro et *regularium* Verborum exemplis, cum illustrandae, tum probandae.

et denique significandum est, quando, quomodo, uti etiam, quas ob caussas externum, cum harum *generalium* proprietatum, tum Verborum *perfectorum* et *regularium* habitum *imperfecta* et *irregularia* migrent Verba. Et *generales* quidem illae proprietates, de quibus continuo, inde a § 32 usque ad § 47, dicto modo exponendum, positae sunt in quatuor hisce rerum capitibus: in *Speciebus*, in *simplicissima*, quae vocatur *Conjugationis forma*; in *ipsa simplicissima Conjugationis*, *per totum ejus ambitum*, *formatione*, seu *flexione* et denique in *una eademque Conjugationis*, per omnium Verborum Species ac genera, sive formas, *ratione*.

§ 32.

VERBORUM SPECIES.

Primam, quam citavimus, *generalem* Verborum *proprietatem* constituunt variae, quae appellantur *Species*, sive certae quaedam diversae cujusvis Verbi formae nondum, aut Praeformantibus, aut Adformantibus, aut alio etiam modo (§ 36.) flexae, eaeque sua singulae significationis vi proprie plerumque se discernentes. Harum Specierum una omnium est simplicissima, cum literarum *apparatu*, tum etiam, hauc ipsam item ob caussam, vulgo *significatione* tenus, et propterea *primitiva* Species vocata, quam ceterae Species.

quippe ex hac ductae, et *derivatae* propterea appellatae, semper plus minusve vario modo mutatam auctamque proponunt omnes: aliae una tantum et litera et vocali, pluribus et literis et vocalibus simul aliae, idque plerumque ita, ut *significationis* etiam etiam vis, modo magis, modo minus mutata, intenta et aucta esse soleat. Et hae quidem literae partim ipsae *radicales* sunt, partim a *radicalibus* diversae, seu *serviles*. Illis, sive *radicalibus* sic mutatur forma *primitiva*, sive constituuntur Species *derivatae*, ut *radicis* litera, modo media duntaxat duplicetur, modo sola, vel prima, vel ultima, modo prima et ultima, pulsa media, modo denique secunda et ultima simul, ipsa scriptione exprimatur. Reliquae literae non *radicales*, sive *serviles*, eodem proposito usurpatae formae *primitivae*, vel praefiguntur cum vocali brevi, vel inseruntur cum vocali, idque quidem ita, ut modo *quiescant*, modo *diphthongescant.* Vid § 34, I, II. Verumtamen, vel fallimur, vel ex iis, quae ita monuimus, satis superque constat, rem esse, quam diximus, ut in Hebraica et Arabica, ita in Aramaea pariter dialecto eandem summatim esse Specierum formam, idem propositum, eundem usum, eandem etiam divisionem rationemque omnino eandem propemodum omnem. Solae potissimum Species *passivae*, ut videbimus, haud una de caussa excipiendae sunt. Quae cum ita sint, nolumus etiam nunc pluribus *generales* illas Specierum affectiones adumbrare, malumus vero pergere ad universe

item exponendas *peculiares* eas affectiones, quibus tanquam totidem notis, quae vocantur, *characteristicis* dialectus se Aramaea in Specierum formandarum negotio distinguit. Et hae notae potissimum spectant *radicum*, Specierum porro, cum *passivarum*, tum *intro formativarum* formam et aliarum etiam quarundam Specierum usum. Vid § 33, I, 2, II, 2. § 34, I, 2. II, 1, 2, 4, 5, 6, 7.

Quo autem evidentius et proin quo facilius etiam, cum hae notae, tum generales illae, modo memoratae, affectiones dignoscantur et nobis in oculos quasi mox incurrant, singularum Specierum in sermone Aramaeo maxime usitatarum *nomen*, *formam*, *vim* et *flexionem* indicabimus: indicabimus autem id omne pari modo, quo easdem hasce Specierum affectiones in nostra Institutione ad grammaticam Hebraicam ducente indicavimus. Quocirca in hac quoque Institutione utemur et Verbo פְּקַד, ܦܩܰܕ et Specierum nominibus a Verbo פְּעַל, ܦܥܰܠ, quo antiquioris aetatis grammatici diversam cujusvis Speciei rationem proposueruut, ductis. Unius pariter facilitatis caussa, primum seorsim de Specie *primitiva* et de *derivata* ejus forma *passiva*, dein de ceteris Speciedius *derivatis*, cum frequentioris, tum rarioris usus disputabimus.

Quaest.

Quo summatim redit historia diversarum opinionum de originali radicum forma, tum de Specierum ambitu, uti etiam de earum mutua relatione, et quibus argumentis opiniones illae nituntur?

§ 33.

SPECIES PRIMITIVA ET PRIMA EJUS FORMA DERIVATA, SIVE PASSIVA.

Omnium Specierum simplicissima et proin *primitiva* vocatur *Peal*, et *passiva* ejus forma *Ithpeël*, sive *Ethpeël*.

I.

Species primitiva.

1. *Primitiva* Species *Peal* פְּקַד, ܦܩܰܕ tribus literis et una syllaba constans, vim habet *activam* eamque, cum *transitivam*, tum *intransitivam*, dein *neutram*, qua aut *qualitas*, aut *conditio*, aut *animi affectio* exprimitur, et denique aliquando etiam *passivam* et *denominativam*. Quae porro diversa Verborum vis *transitiva* nempe et *intransitiva*, in una hac Specie, diversa, consentiente pariter dialecto, cum Hebraica, tum Arabica, vocali plerumque indicari solet: illa quidem, sive *transitiva* vocali A, haec.

sive *intransitiva* vocalibus *Tseri*, *Chirek*, *Cholem*, *Rebozo* et subinde *Ezozo*; tametsi in hac item, ut in utraque illa dialecto, ob easdem fere caussas, et saepe vocalis A pro ceteris memoratis vocalibus in Verbis *intransitivis* substituta invenitur, et unum idemque Verbum propterea quoque aliquando, modo cum *originali*, modo cum *vicaria*, vocali maxime A scribitur, qua vocalium diversitate ipsa Verbi vis, vel manet, vel mutatur. Hinc v. c. est קְטַל ܩܛܰܠ *occidit*, יְתֵב, ܝܺܬܶܒ *sedit*, דְמוֹךְ, ܕܡܶܟ *dormivit*, שְׁמֵן, ܫܡܶܢ *pinguis fuit*, יְכִל et יְכֵל *potuit*, ܟܦܶܢ *esurivit*, טְאֵב, ܛܐܶܒ *laetus fuit*, ܩܦܰܕ *coagulatus est*, חֲרוֹב, ܚܪܶܒ *vastatus est*, בְּעֵל, ܒܥܶܠ *dominus factus est* a בַּעַל, בְּעֵל, ܒܥܶܠ *dominus*; נְפַק, ܢܦܰܩ *exiit*, נְפַל, ܢܦܰܠ *cecidit*, זְעֵר, ܙܥܰܪ *parvus fuit*, חֲשֵׁשׁ, ܚܫܰܫ *doluit*, ܐܶܒܰܠ *luxit*, פְּלַג et פְּלִיג *divisit*, ܐܟܰܠ et ܐܟܶܠ *comedit*, קְרֵב et קְרַב *accessit*, ܪܗܶܛ et ܪܗܰܛ *cucurrit*, רְחִים et רְחַם, ܪܚܶܡ et ܪܚܰܡ *misertus est*, שְׁלַם, ܫܠܰܡ *absolvit*, sed שְׁלִים, ܫܠܶܡ *absolutus est*. — Habet

haec quoque Species apud Aramaeos, more item Hebraeorum et Arabum, eam vim, quam ex ordine apud illos, ut mox *num.* II videbimus, Species prop. *passivae*, apud Hebraeos in primis duae et apud Arabes sex Species habere solent, quaeque propterea etiam κατ' ἐξοχην a grammaticis appellantur Species *mediae*, sive *reflexivae*, sive *reciprocae*. Hinc v. c. hic illic לָבֵשׁ et לְבִישׁ, ܠܒܶܫ et ܠܒܶܫ est *induit sibi vestem*, vel *se veste*. 'Conf. porro שְׁלַח, ܫܠܰܚ *exuit*, אֱסַר, ܐܣܰܪ *accinxit*, aliaque hujus generis Verba, uti etiam § 81, II, 1, *a.* de alia ratione, qua ea vis Verbis tribuitur.

Obs.

De duplici hujus Speciei vi, cum transitiva, tum intransitiva; uti etiam de ejus nota fluctuante.

2. *Primitiva* Species *perfecti* et *regularis* Verbi *radicem*, quam vocant, constituit, nunc quidem, ut etiam cum in Hebraica tum in Arabica dialecto, trium literarum, sed unius duntaxat syllabae est, quemadmodum in illa duarum et in hac, sive in Arabica dialecto trium syllabarum. Antiquitus vero, ut hodie plerique grammaticorum volunt *radices* omnes duarum tantum literarum fuerunt, ut labente demum tempore vario modo trium literarum evaserint. Verum, quicquid hac de re pronuntiandum sit, ad hujus Spe-

ciei *characterem* in primis pertinet et formae simplicitas, et vocalis ad secundam *radicalem* varietas.

II.

Prima Species derivata.

1. Prima Species *derivata* hic loci, ob indicatam modo caussam, describenda vocatur *Ithpeël* אִתְפְּקֵד, sive *Ethpeël* ܐܶܬܦܩܶܕ, quae quamvis proprie Speciei *Peal* Species *passiva*, minime tamen unam vim exprimit *passivam*, verum etiam *activam* eamque cum vi, modo *reflexiva*, modo *reciproca* conjunctam; subinde ejus vis ab illa Speciei *Peal* non discrepat: ut אִתְפְּלֵג, ܐܶܬܦܠܶܓ *divisus est* a פְּלַג, ܦܠܰܓ *divisit*; אִתְגְּזַר *abscidit se*, ܐܶܬܦܫܶܛ *extendit se*; אִתְמְלַךְ *consultavit*, ܐܶܬܡܠܶܟ *conversatus fuit*; שְׁאֵל et אִשְׁתְּאֵל *expetivit*, ܢܟܰܠ et ܐܶܬܢܟܶܠ *decepit*. Aliquando etiam Speciei *Peal* vim *neutram* conjungit, ut *Hitphaël* apud Hebraeos et *sexta* Species apud Arabes, cum *reflexiva* simul ac *simulandi* vi. Ita v. c. 2. Sam. 13, 6. est אִתְמְרַע, ܐܶܬܟܪܶܗ, ut Hebr. הִתְחַלָּה et Arab. تَمَارَضَ *aegrotum se simulavit* a מְרַע, ܟܪܶܗ, חָלָה, مَرِضَ *aegrotavit*. — De-

nique haec Species plerumque apud Syros, quemadmodum apud Chaldaeos Hebraeorum Species *Hophal* usurpatur loco Speciei et *Ettaphal* et *Ittaphal* ex ordine usurpandae. Ita v. c. est ܐܬܓܥܠ *commendatus est* loco ܐܬܬܓܥܠ, atque adeo ab *Aphel* ܐܓܥܠ idem quod *Paël* ܓܥܠ *commendavit* non vero ab inusitata *radice* ܓܥܠ, ܫܠܡ ܐܫܬܠܡ *traditus est* loco ܐܬܬܫܠܡ ab *Aphel* ܐܫܠܡ *tradidit* non a *Peal* ܫܠܡ sive ܫܠܡ *integer fuit*, אִתְיְדַע, ܐܬܝܕܥ *notus factus est* loco אִתְּיְדַע, ܐܬܬܘܕܥ ab *Aphel* אוֹדַע, ܐܘܕܥ *notum fecit* non a *Peal* יְדַע, ܝܕܥ *scivit*, אִתְחֲזִי, ܐܬܚܙܝ *ostensus est* loco אִתְּחֲזִי, ܐܬܬܚܙܝ ab *Aphel* אַחֲזִי ܐܚܙܝ *ostendit* non a *Peal* חֲזָא, ܚܙܐ *vidit*, הָתְקַן *dispositus est* loco אִתְּתְקַן ab *Aphel* אַתְקֵן i. q. *Paël* תַּקֵּן *disposuit* non a תְּקַן, ܬܩܢ *rectus fuit*, *factus est*, הָחֳרַב sive הָחֳרַב *devastatus est* loco אִתְחֲרַב ab *Aphel* אַחְרִיב *devastavit* non a חֲרֵב *exsiccatus est*, הוּבַר *occisus*

est loco אִתּוֹבַר ab *Aphel* הוֹבֵר loco אוֹבֵר *occidit* non a אֲבַר *periit.* Conf. porro § 34, I, 3.

Obs.

De Speciei, cum Ithpeël, tum Hophal loco Ittaphal extra Chaldaismum Biblicum usu.

2. Ceterum, quod ad hujus et cujusvis Speciei *passivae* qualicunque tandem vi usurpatae notam *characteristicam*, qua Species *passivae*, sive *objectivae* a Speciebus *activis* seu *subjectivis* distinguuntur, attinet: hanc non una, ut apud Hebraeos et Arabes efficit vocalium diversitas, sed in primis praemissa syllaba אִתְ, ܐܶܬ݂, aut נִתְ, uti etiam אֶתְ more Syrorum, et maxime quidem הִתְ more Hebraeorum: ut v. c. נִתְמְסַר *traditus est* pro אִתְמְסַר, אֶתְכְּרִי *dolore affectus est* pro אִתְכְּרִי; הִתְרְחֵץ *confisus est* pro אִתְרְחֵץ.

Hujus tamen syllabae litera א, ܐ, post literam, cum *Praeformativam*, tum *Praeformantem* pelli solet (§ 44, 4.) et litera ת, modo primae *radicali* inseritur, modo, uti etiam litera ܬ cum prima *radicali* transponitur, et ita transposita mutatur aliquando in literam ד, ܕ vel ט, ܛ, quemadmodum apud Arabes litera ت syllabae إِتْ, et praesertim, quemadmodum apud Hebraeos litera ת syllabae הִתְ: nam apud Arabes litera

ܬ pluribus literis inseritur, cum pluribus item, sin minus cum omnibus transponitur, et ita transposita non tantum aliquando mutatur in ܕ vel ܛ, verum etiam ita mutata in certis quibusdam casibus insuper alias et patitur et affert mutationes in dialecto, nec Hebraea, nec Aramaea obvias.

a. Inseritur primae *radicali*, praesertim ד, ט et ת: ut v. c. אִדְּבַר pro אִתְדְּבַר *ductus est* a דְּבַר; אִטְּמַר *absconditus est* pro אִתְטְמַר a טְמַר; אִתְּבַר *fractus est* pro אִתְתְּבַר a תְּבַר; אִכְּתִיב *scriptus est* pro אִתְכְּתִיב a rad. כְּתַב; אִקְּלַע *advenit*, *recepit se* pro אִתְקְלַע.

b. Transponitur cum literis *sibilantibus* ש, צ, ס, ז, ܫ, ܨ, ܣ, ܙ, et ita transposita cum ז, ܙ in ד, ܕ, cum צ, ܨ in ט, ܛ insuper mutatur: ut אִסְתְּמֵךְ, ܐܶܣܬܡܶܟ *innixus fuit* pro אִתְסְמֵךְ, ܐܶܬܣܡܶܟ a סְמַךְ, ܣܡܰܟ; אִשְׁתְּבֵק, ܐܶܫܬܒܶܩ *relictus est* pro אִתְשְׁבֵק, ܐܶܬܫܒܶܩ a שְׁבַק, ܫܒܰܩ; אִזְדְּרַע, ܐܶܙܕܪܰܥ *seminatus est* pro אִזְתְּרַע, ܐܶܙܬܪܰܥ et hoc pro אִתְזְרַע, ܐܶܬܙܪܰܥ a זְרַע, ܙܪܰܥ; אִצְטְלֵב, ܐܶܨܛܠܶܒ *crucifixus*

est pro אִצְטְלֵב, ܐܶܨܛܠܶܒ et hoc pro אִתְצְלֵב, ܐܶܬܨܠܶܒ a rad. צְלַב, ܨܠܰܒ. — Transponitur quoque cum *servili* litera *Schin* in forma *passiva* Speciei *Schaphel*. Vid. § 34, II, 2.

Hujus autem literae transpositio in *Ithpeël* et *Ethpeël*, *Ittaphal* et *Ettaphal* ratione habita Verborum media ו, ܘ vel י, ܝ *quiescentium* locum non habet, neque etiam in *Ittaphal* et *Ettaphal* ratione habita aliorum Verborum, propterea quod in hisce formis *passivis* semper ת cum *Dagesch forti* scribitur, et ܬ iteratur. Vid. § 58, I, 1, II, 1. § 34, II, 1.

Quaest.

Unde vocalis terminalis varietas proficiscitur, et quid statuendum de pugna, quae inter grammaticos habetur de originali hujus Speciei forma?

§ 34.

RELIQUAE SPECIES DERIVATAE.

Reliquae, quae praeter modo memoratam Speciei *primitivae* formam *passivam*, habentur Species *derivatae* haud uno nomine a se invicem discrepant, ita ut ad plures quidem quam ad duas classes referri possint; sed nos, plurium hujusmodi classium momen-

tum non perspicientes, ad duas tantum eas referendas censemus, quatenus nempe aliae frequentius, rarius aliae occurrunt.

I.

Species derivatae frequentioris usus.

Et harum quidem Specierum duae sunt *activae*, altera *Paël*, altera *Aphel* et *passiva* una nempe *Ithpaäl*, sive *Ethpaäl*.

1.

Species Paël.

Species *Paël*, פִּקֵּד, ܦܰܩܶܕ sua et forma et vi etiam Hebraeorum *Piël* et Arabum Speciem *secundam* referens, significationem Speciei *Peal* retinet quidem, plerumque tamen, etiam, quum varia de caussa ejus *radix* desideratur, mutat: *transitivam* vario modo intendit, interdum quasi duplicat, quatenus, modo hac, modo alia ratione efficit, ut actio Specie *Peal* indicata denuo instituatur; *intransitivam* in primis et *neutram* convertit in *transitivam*, quatenus similiter efficit, ut actio, sive rei, sive personae ratio Specie *Peal* expressa locum habeat. Ita v. c. est שְׁלֵט, ܫܠܶܛ et שַׁלֵּט, ܫܰܠܶܛ *dominatus est*; שְׁלַח est *misit*, sed שַׁלַּח *dimisit*, ܪܰܚܶܡ *dilexit*,

sed ܪܰܚܶܡ *misertus est*, קַטֵּל, ܩܰܛܶܠ est *occidit unum*, sed קַטֵּל, ܩܰܛܶܠ *occidit plures*, חֲבַר, ܚܒܰܪ *consociavit* ab inusit. חַבֵּר, ܚܰܒܰܪ; ܙܟܳܐ est *vicit*, sed ܙܰܟܺܝ *vincere fecit*; שְׁתַק, ܫܬܶܩ est *siluit*, sed שַׁתֵּק, ܫܰܬܶܩ *silentium imposuit*, חֲסַן, ܚܣܶܢ est *robustus fuit*, sed חַסֵּן, ܚܰܣܶܢ *fortificavit*; חֲוַר, ܚܘܰܪ est *albuit*, sed חַוֵּר, ܚܰܘܰܪ *dealbavit*. – Speciei porro *Peal* tribuit *declarandi* vim: ut כְּדַב est *mentitus est*, sed כַּדֵּב *mendacem declaravit*, ܙܕܶܩ *justus fuit*, sed ܙܰܕܶܩ *justum declaravit*. – Denique est *denominativa*, significans ita id ipsum, quod Nomine illo, a quo ducta est, indicatur, *facere*, *agere*, vel etiam *auferre*: ut עַשֵּׂר, ܥܰܣܰܪ *decimavit* a עֲשַׂר, ܥܣܰܪ *decem*, ܟܰܗܶܢ *sacerdotem egit* a ܟܳܗܢܳܐ *sacerdos*, קַלֵּף, ܩܰܠܶܦ *decorticavit* a קְלִפָּא, ܩܠܳܦܳܐ *cortex*.

Nota distinctiva huic Speciei propria cernitur in media cum *Dagesch forti* scripta et cum vocali *Rebozo*, *Tseri*, vel *Chirek*, apposita etiam haud raro litera *Jod*,

ita tamen, ut subinde et ejus forma quodammodo aliter et praecipua ejus vis, in quibusdam Verborum generibus, aliis etiam Speciebus exprimatur, quemadmodum facile perspicitur iis, quae § 17, VI, 1, *a*, *e*, 2. § 27, I, II. § 50, 5. et § 58, I, 5. diximus.

Quaest. 1.

Quaenam uni alterive significationi huic Speciei vindicatae obstare videantur?

Quaest. 2.

Quid existimandum de aliis etiam notionibus huic Speciei, secundum quorundam grammaticorum doctrinam tribuendis?

2.

Species ***Ithpaäl***, sive ***Ethpaäl***.

Species ***Ithpaäl***, אִתְפַּקַּד, sive ***Ethpaäl*** ܐܬܦܩܕ formam et vim *passivam* Speciei ***Paël*** exprimit, et hinc in aliquot Verbis ejus vis non differt ab illa Speciei ***Peal***, deficiente quoque forma ejus *activa*; subinde etiam, ut ***Ithpeël***, sive ***Ethpeël*** vim habet *simulandi*. Ita v. c. אִתְכַּנַּשׁ est *congregatus est*, et *congregavit se* a כַּנֵּשׁ *congregavit*, ܐܬܡܟܟ *humiliatus est* et *humiliavit se* a ܡܟܟ *humiliavit*; קָרֵב

ܩܪܶܒ *accessit*, קְרֵב, ܩܰܪܶܒ *accedere fecit*, אִתְקְרֵב, ܐܶܬ݂ܩܰܪܰܒ *accessit*, quoniam prop. est *accedere factus est*, סַכֵּל et אִסְתַּכַּל *intellexit*, ܟܰܬܶܫ et ܐܶܬ݂ܟܰܬܰܫ *certavit.* — Habet subinde, ut *Ithpeël* et *Ethpeël* vim *simulandi.* Ita v. c. 1 Sam. 28, 8. אִשְׁתַּנֵּי, ܐܶܬ݂ܢܰܟ݂ܪܺܝ est *alium se simulavit.* Est etiam aliquando hujus Speciei notio a Nomine ducta: ut Jos. 9, 12 אִזְדַּוַּד, ܐܶܙܕܰܘܰܕ *commeatu se instruxit* a *Paël* זַוֵּד, ܙܰܘܶܕ *commeatu instruxit* a vocabulo זְוָדָא, ܙܘܳܕܳܐ *commeatus*, *viaticum.* Conf. porro § 33, II, 2. et hujus paragraphi *num.* I.

Vocalis terminalis subinde est *Tseri*, *Rebozo* et *Chirek.*

Obs.

De Chaldaico exemplo in citato Josuae loco ex quorundam sententia ad Speciem Ithpeël potius referendo.

Obs.

De peculiari forma, qua haec Species nonnunquam in sermone Chaldaico expressa offenditur.

3.

Species Aphel.

Species *Aphel* אַפְקֵד, ܐܰܦܩܶܕ Hebraeorum *Hiphil* et Arabum Speciei *quartae* respondens, cujus non minus, quam *Paël* aliarumque Specierum *radix* aliquoties desideratur, pari vulgo ratione, qua Species *Paël* significationem Speciei *Peal*, cum *transitivam*, tum *intransitivam* ac *neutram* varium in modum plerumque mutare solet. Ita v. c. מְלַךְ est *regnavit* sed אַמְלֵךְ *regnare fecit*, ܟܬܰܒ *scripsit* sed ܐܰܟܬܶܒ *scribere fecit;* יְתֵב, ܝܺܬܶܒ *sedit* sed אוֹתִיב, ܐܰܘܬܶܒ *sedere fecit*, כְּפַן *esurivit* sed אַכְפֵּן *esurire fecit*, ܫܠܶܛ *praefuit* sed ܐܰܫܠܶܛ *praefecit;* ܟܐܶܒ *doluit* sed ܐܰܟܐܶܒ *afflixit*, קְשָׁה *grave fuit* et ܝܺܩܰܪ *gravavit* sed אַשְׁקֵי et ܐܰܘܩܰܪ *aggravavit;* אוֹבִיל ܐܰܘܒܶܠ *adduxit* ab inusit. יְבַל, ܝܺܒܰܠ. Aliquando hujus etiam Speciei significatio a Nomine derivatur: ut הֶאֱהִיל *tentorium fixit* ab אַהֲלָא *tentorium*, ܐܰܟܠܶܫ *calce obduxit* a ܟܶܠܫܳܐ *calx*.

Hujus igitur Speciei vis cum illa Speciei *Paël* conincidit. Hinc saepe permutantur hae Species, quatenus una eademque Speciei *Peal* significatio regulariter alterutra, modo hac, modo illa mutatur, ita tamen, ut *Aphel* rarius significationem simpliciter intendat, *Paël* rarius eam *transitivam* denuo *transitivam* faciat, atque adeo duas personas agentes indicet. Accidit subinde quidem, ut unius ejusdemque Verbi significatio utraque hac Specie simul exprimatur, sed plerumque sic plus minusve diversa quadam vi. Ita v. c. עַטַּר et אַעֲטַר est *ditavit* a עֲטַר *ditatus fuit*, ܚܰܘܰܪ et ܐܰܚܘܰܪ *dealbavit* a ܚܘܰܪ *albuit*; נַפַּח *inflavit* sed אַפַּח *exspirare fecit* a נְפַח *spiravit*, ܥܳܩ *tristatus est* sed ܐܰܥܺܝܩ *molestavit* a ܥܰܩ *arctatus est*.

Ceterum, sicut explicitae Species *derivatae*, maxime *passivae*, varia de caussa propriam suam vim, quemadmodum vidimus, non exserunt, sive potius exserere non videntur, quoties non opus est, ut Speciei *Peal* significatio aliquo modo mutetur; similiter minime quoque inusitatum est, ut Verba *intransitiva* ac *neutra* per hanc Speciem *Aphel*, neglecta quasi omni ejus vi *transitiva*, flexa maneant, sive potius denuo fiant *intransitiva*, vel *neutra*, et posterioris quidem hujus generis Verba, maxime apud Syros, ut apud Hebraeos, ea, quibus *coloris* inest notio: ut v. c. ܪܩܠܐ

tremuit ܐܙܝܥ etiam *tremuit* pp. *effecit*, *ut tremeret*,

ܣܡܩ *rufus fuit* ܐܣܡܩ item *rubuit* pp. *effecit*, *ut rufus fieret.*

Quod ad distinctivam Speciei notam attinet: haec est praeposita א, ܐ cum vocali A, pro qua maxime in sermone Chaldaico eoque Biblico *He* ad sermonis Hebraici rationem, quemadmodum etiam vicissim aliquando pro hac litera apud Hebraeos ad Aramaeorum et Arabum exemplum א, ܐ substituta invenitur: ut v. c. in הִצְלַח *prospere egit* pro אַצְלַח, הִנְזִיק *nocuit* pro אַנְזִיק, הִבְאִישׁ *malo affecit* pro אַבְאִישׁ, ܗܝܡܢ *credidit* pro ܐܝܡܢ. Conf. § 16.

Et haec quidem *vicaria* litera *He* non, ut *regularis* litera א, ܐ, post literam *Praeformativam* appellatam, post Praeformantes et post syllabam אֶתְ, ܐܬ Specierum *passivarum* notam vulgo pelli solita, ut hujus etiam syllabae litera prior post literam *servilem* in Infinitivo, Futuro et Participio, pelli solet, sed manere, prouti *regularis* quoque litera aliquando apud Aramaeos manet, quamvis non ob easdem caussas, ob quas hic illic apud Hebraeos servatur. Conf. § 44, 4. — Vocalis terminalis *Tseri* easdem in hac, quas in Specie *Peal* mutationes vice plus simplici etiam subire solet. — Denique hujus Speciei forma tota

est Hebraica in הֶאֱהִיל *tentorium fixit*, quod saepius ita locum habet in Verbis *imperfectis*, in primis, quorum prima est *Jod*.

Quaest.

Quae maxime caussae effecerunt, ut diversae Species tam saepe ejusdem significationis sint?

II.

Species derivatae rarioris usus.

Et universae quidem rarioris usus Species *derivatae*, sive magis, sive minus frequenter occurrentes, cum et sua se magis forma, quam vi a *derivatis*, quas descripsimus Speciebus distinguant, et peculiaribus potissimum quibusdam Verborum generibus propriae esse soleant; facile intelligitur, qui factum, ut non minus in hoc, quam in Arabico et in primis quam in Hebraico sermone rarioris usus Species pro frequentioris usus Speciebus tam saepe parique vulgo vi substitutae sint. Praecipuae autem hae rarioris usus Species sunt: *Ittaphal*, sive *Ettaphal*; *Schaphel*, *Ischtaphal*, sive *Eschtaphal*; *Palel*, *Ithpalal*, sive *Ethpalal*; *Pealel*, *Ethpealal*; *Poël*, sive *Pauel*, *Ithpoal*, sive *Ethpaual*, et denique *Peël*, sive *Paiel*, *Ithpeël*, sive *Ethpaial*.

1.

Species Ittaphal, sive *Ettaphal*.

Species *Ittaphal* אִתְפְּקֵד, sive *Ettaphal* ܐܬܬܦܩܕ passiva est Speciei *Aphel*: ut ܐܬܬܚܪܡ *excommunicatus est* ab ܐܚܪܡ *excommunicavit.*

Litera א, ܐ Speciei *Aphel* fere semper pellitur, ejusque vocalis refertur ad praepositae syllabae אִת, ܐܬ literam *Tau*, quae apud Chaldaeos cum *Dagesch-forti* scribitur, apud Syros iteratur, indicio nominatam illam *characteristicam* Speciei *Aphel* literam pulsam esse, et hanc ipsam ob caussam hac in Specie litera *Tau*, non, ut in ceteris Speciebus *passivis* cum sequente litera transponitur, neque etiam ei per *Dagesch forte* inseritur. (§ 33. II, 2.) Ita v. c. Gen. 3, 18. est יִתְאַפְרֵשׁ *distinctio fiat* pro יִתַּפְרֵשׁ ab אַפְרֵשׁ *separare fecit*, ܐܬܐܟܝ *laesus est* pro ܐܬܬܟܝ et hoc pro ܐܬܬܢܟܝ (Barh. Chron. 276, 3.) ab ܐܟܝ i. q. ipsa *radix* ܢܟܐ *laesit*, ܐܬܬܫܠܡ *traditus est*, ܐܫܠܡ *tradidit*. Conf. § 44. — Porro pro regulari vocali terminali *Petocho* etiam *Rebozo* usurpatur. — Denique hujus Speciei vis exprimitur in Chaldaismo Biblico Specie *Hophal*, et alibi

plerumque Specie *Ithpeël*, sive *Ethpeël*. Vid. § 33, II.

2.

Species Schaphel.

Species *Schaphel* שַׁפְקֵר, ܫܰܦܩܶܪ habet vim Speciei *Aphel*, a cujus forma etiam vix discrepat: ut שַׁעְבֵּד, ܫܰܥܒܶܕ *servire fecit.*

Litera hujus Speciei *characteristica* aliam aliquando accipit vocalem, et alii etiam, ut videtur, literae locum facit, sed nunquam, ut *Aleph* Speciei *Aphel* litera *characteristica* fere semper post literam syllabamve Verbi *servilem* pellitur. Conf. v. c. סַרְהֵב, ܣܰܪܗܶܒ *festinavit.* —— Ejus forma *passiva* est *Ischtaphal* אִשְׁתַּפְקַר, sive *Eschtaphal* ܐܶܫܬܰܦܩܰܪ: ut אִשְׁתַּעְבַּד, ܐܶܫܬܰܥܒܰܕ *in servitutem redactus est, submisit se.* Conf. I, 3, II, 1 et § 33. II, 2.

Obs.

De diversis grammaticorum judiciis ratione habita hujus Speciei.

3.

Species Palel.

Species *Palel* פַּקְדֵּר, ܦܰܩܕܰܪ ultimam habet iteratam, quemadmodum Species *Paël*, cujus vim fere exprimere solet, mediam *radicalem* per *Dagesch forte* duplicatam. Raro, ut apud Hebraeos, Verba *perfecta*, sed potissimum aliquot Nomina et certa quaedam Verborum *imperfectorum* genera eaque praesertim, quorum media *radicalis* est ܘ, ܝ (§ 58, 5.) nunquam vero, quorum media cum ultima eadem est (§ 50.) per hanc Speciem flexa inveniuntur: ut שַׁרְבֵב *demisit deorsum*, ܫܰܥܒܶܕ *factitavit, in servitutem redegit.* — Ejus forma *passiva* est *Ithpalal* אִתְפַּקְדַר, sive *Ethpalal* ܐܶܬܦܰܩܕܰܪ: ut אִשְׁתַּרְבַב *diffusus, dissipatus est*, ܐܶܬܡܰܚܠܰܠ *piger factus est.* Conf. porro § 33, II, 2.

Quaest. 1.

Quibus dubiis obnoxia sunt Verborum perfectorum exempla ad hunc Speciem maxime apud Chaldaeos referri solita?

4.

Species Pealel.

Species *Pealal* פְּקַדְקֵר, sive *Pealel* ܦܩܰܕܩܶܕ

repetit duas literas *radicales* penultimam simul et ultimam, pellit vero nullam, atque adeo magis quam ulla alia Species et auget formam et proin ita proprie intendit pariter vim Speciei *primitivae*. Ejus usus ad sola maxime Nomina pertinet, nec magis quam Species modo (*num.* 3.) descripta ad Verba mediam *radicalem* cum ultima eandem habentia refertur. (§ 50). Verbi v. c. specimen, quod adducitur, est צְמַרְמַר (§ 16) *vehementer horruit*, quo Ps. 38, 11. exponitur Hebraeorum סְחַרְחַר *vehementer palpitavit:* prop. *cito circumivit* cor, ܫܠܡܠܡ *integrum reddidit.* — Ejus forma *passiva* est *Ethpealal* ܐܬܦܥܠܥܠ: ut ܐܬܚܠܡܠܡ *sommiavit multum.*

5.

Species Poël, sive *Pauel.*

Poël פּוֹקֵד, sive *Pauel* ܦܘܥܠ discernit se *Vau* in Chaldaico, ut in Hebraico, *quiescente* in *Cholem*, in Syriaco vero, ut in Arabico sermone *diphthongescente* cum vocali A. (§ 16, I.) et vim plerumque habet Speciei *Paël*, vel *Peal*, subinde etiam neutrius. Ita v. c. est סוֹפֵק et סַפֵּק *suppeditavit*, סוֹבֵר et סְבַר, ܣܘܒܠ *portavit*, ܟܘܪܟ *torsit*, *contorsit.* —

Ejus forma *passiva* est *Ithpoal* אִתְפּוֹקַד, sive *Ethpoal* ܐܶܬ݂ܦܰܘܩܰܕ: ut אִשְׁתּוֹתַף, ܐܶܫܬܰܘܬܰܦ *consociatus est*, *associavit se* a ܫܰܘܬܶܦ i. q. שָׁתַף et שַׁתֵּף *sociavit.* § 33. II, 2. Utriusque hujus Speciei, cum *activae*, tum *passivae* usus in primis refertur ad Nominum et ad Verborum *imperfectorum* genus § 50, 5. descriptum.

6.

Species *Peël*, sive *Paiel.*

Species *Peël* פֵּיקֵד, (quae etiam פֵּיקֵיד et פִּיקֵד scribitur) sive *Paiel* ܦܰܝܩܶܕ *characterem* in litera י *quiescente*, in litera ܝ vero *diphthongescente* positum habens, vi tenus refert praesriptam modo Speciem *Poël*, sive *Pauel*, cum qua propterea etiam aliquando permutatur: ut שֵׁיזֵב, שֵׁזֵב, ܫܰܘܙܶܒ *liberavit*, ܣܰܝܒܰܪ et ܣܰܘܒܰܪ *portavit.* — Ejus forma *passiva* est *Ithpeël* אִתְפֵּיקַד, sive *Ethpaial* ܐܶܬ݂ܦܰܝܩܰܕ: ut אִשְׁתֵּיזֵב, ܐܶܫܬܰܘܙܰܒ *liberatus est*, *eripuit se*, ܐܶܣܬܰܝܒܰܪ *sustentatus est.* Vid. § 33, II, 2.

Et hae quidem praecipuae sunt *derivatae*, cum

frequentioris, tum rarioris usus Species. Reliquae, quae praeter hasce a grammaticis hujus generis citantur Species, eae hic quidem a nobis non descriptae, nedum citatae sunt, idque non modo propter propositum, quo hanc *jnstitutionem* conscripsimus, verum etiam propterea quod nulli dubitamus affirmare sententiam eorum, qui statuunt, quosdam grammaticorum justo majorem commendasse Specierum ambitum. Etenim harum commendatarum Specierum aliae, praeter omnem, ut videtur, necessitatem a Speciebus jam a nobis descriptis distinquuntur, aliae adductione exemplorum nunquam probatae sunt, aliae denique multo simplicius, et proin multo etiam probabilius ita explicentur, ut e Specierum numero eximendae sint omnino. Sed transeundum nunc nobis est ad describendum *Conjugationis* negotium.

Quaest.

Quales sunt illae formae, quibus nonnulli grammatici Specierum ambitum locupletare studuerunt. Et quomodo factum, ut hunc in errorem inciderint?

§ 35.

SIMPLICISSIMA CONJUGATIONIS, QUAE DICITUR FORMA, SIVE PAUCISSIMAE AC SIMPLICISSIMAE, QUIBUS CONJUGATIONIS AMBITUS ABSOLVITUR PARTES.

Ut Hebraica, et in primis, ut Arabica, ita etiam Aramaea lingua flectenda mutandaque Verborum virtute, sive significatione per insignem Specierum numerum

satis se explicuit, sed *Conjugationis* stricte sic dictae negotio earum nulla. Nam cunctae eatenus tam parum sunt flexae, ac tales tantasque a nemine facile negandas, sive ruditatis, sive simplicitatis notas sibi impessas habent, ut revera prossus fluctuent, sermonemque quasi pueri prima loquendi pericula facientis referant; etsi Hebraica, ut centenis aliis modis omnium maxime, sin nimus, ipsam nostri generis infantiam.

Conjugationis Aramaeae, ut Hebraicae pariter et Arabicae partes, quibus Verborum: *Modi* v. c. *Tempora*, *Numeri*, *Gerundia Supina* et *Participia* indicantur, sunt paucissimae, numero tantum quatuor: *Infinitivus*, *Praeteritum*, *Futurum* ac *Participium*. Quae paucissimae porro illarum *Conjugationum* partes simplicissimae etiam formae sunt, ita tamen, ut forma Aramaea Hebraicam inter et Arabicam media sit, simplicior ergo est quam haec, sed non tam simplex quam illa.

1 Verbi *Modi*, *Infinitivus*, *Conjunctivus*, seu *Subjunctivus* et *Imperativus*, qui non modo solis Speciebus *activis*, ut apud Hebraeos et Arabes proprius est, verum etiam *passivis*, suo se exitu vix distinguunt, certe non hujusmodi illo, quo in aliis cultioribus linguis.

2 *Tempora* sunt duo, *Praeteritum* et *Futurum*. *Numerus* est duplex, *singularis* et *pluralis*. Praeteriti et Futuri *Personae* sunt tres, *tertia*, *secunda* et *prima;* Imperativi tantum una, nempe

secunda. Prima persona sola *utriusque* numeri, cum in Praeterito, tum in Futuro, uti etiam secunda persona singularis in Praeterito *communis*, sed alibi, ut tertia persona ubique, et *masculini* et *feminini* generis est.

3 Quae cum ita sint, desiderantur non tantum *Modi* peculiaribus terminationibus *characteristicis* distincti, verum eatenus etiam *Tempora* nempe *Praesens*, *Plusquam perfectum*, *Futurum* Participii cum *activi*, tum *passivi*, *Gerundia* et *Supina.* Desideratur porro *Numerus dualis*, et *tertia* denique Imperativi *persona.*

4 Jam vero hae, et praeter has etiam aliae Verbi partes aliis in linguis suo singulae exitu distinctae, et propterea a grammaticis pariter peculiaribus appellationibus insigniri solitae, vi tenus paucissimis ac simplicissimis illis, quas citavimus *Conjugationis* partibus in sermone Aramaeo exprimuntur, quemadmodum in earum forma, mox, posteaquam verbo adumbraverimus *Conjugationis* flexionem, describenda plenius significaturi sumus.

§ 36.

IPSA SIMPLICISSIMA CONJUGATIONIS PER TOTUM EJUS AMBITUM FORMATIO, SIVE FLEXIO.

Quemadmodum Conjugationis *forma*, ita ipsa pariter ejus *flexio* simplicissima est, quippe tota posita

in levi quadam *radicis* mutatione, quae potissimum efficitur, vel per praepositam literam *servilem*, vel per varia ratione contractum Pronomen *personale*, quod modo praepositur, modo apponitur, vel per ipsam Verbi significationem, vel in primis denique per solum sermonis cursum, qui in ipsam etiam Conjugationis *formam*, dicto modo jam constitutam insignem semper vim habere solet. Et hac quidem simplicissima ratione paucissimae illae Verbi, seu Conjugationis in sermone Aramaeo usitatae partes, a nobis § 35. citatae flectuntur, atque ita iis omnis omnium partium, quibus Conjugationes in aliis cultioribus linguis compositae sunt, vis exprimitur. Est ergo Aramaea Conjugationis *formatio*, sive *flexio* non minus quam ejus et forma et usus et vis tota propemodum Arabica, in primis vero Hebraica. ut habeat etiam, quo ab utraque se illa distinguat, quemadmodum ulterior de singulis illis Conjugationis partibus docebit disputatio, ad quam nunc nobis transeundum est.

§ 37.

INFINITIVUS.

In singulis Verbi, sive Conjugationis partibus singulatim distinctius pleniusque describendis proficiscimur a Speciei *Peal* Infinitivo, utpote ratione habita significationis, omnium partium Verbi prima.

Infinitivi *forma* quae maxime occurrit, frequentissimi usus est, et variae, cum *constructionis*, tum *significationis*.

I.

Infinitivi forma.

1 Simplicissima Infinitivi *forma*, maxime occurrens, quatuor literis et duabus syllabis constat. Est autem haecce forma מִפְקַד, ܡܶܦܩܰܕ, sive ipsa *radix* aucta ab initio litera *servili* מ, ܡ cum vocali *Chirek*, vel *Rebozo* § 20, II, 2. — Apponitur subinde litera ܘ, *quiescens* in vocali *Ezozo*, vel, ut alii volunt, *otians*: ut Luc. 9, 33, ܡܶܦܪܰܫܘ vel ܡܶܦܪܰܫܘ *discedere*. Sed centies ei praeponitur ל, ܠ, uti etiam alia litera, sive Particula, et subinde utraque simul, ut continuo videbimus.

De puncto, quod Infinitivo aliquando subscriptum invenitur, vid § 7, II, 3. c.

Quaest. 1.

Quid existimandum de aliis hujus Infinitivi formis a nonnullis grammaticorum commendatis?

Quaest. 2.

Quae grammatiorum sententia, ut videtur, in primis commendanda est de ratione, qua apponitur aliquando Infinitivo litera ο?

II.

Infinitivi usus.

Multa quidem Nomina ab Infinitivo hujus Speciei ducta inveniuntur, sed ab hac ejus forma quamvis frequentissimi usus, quamvis etiam potius Nominis quam Verbi forma, paucissima et propemodum nulla, quemadmodum in Nominum doctrina § 63 et 64 videbimus.

Haec nimirum Infintivi forma plerumque, ut Infinitivus, cum apud Hebraeos, tum apud Arabes Latine pro diversa ejus constructione et sermonis cohaerentia per *Adverbium*, in primis per *Infinitivum* stricte sic dictum, aut per *Gerundium*, saepe etiam per *Supinum*, cum in *um*, tum in *u*, aut denique per *Participium* in *urus* reddenda est § 43. Et haec omnis ejus vis Verbo quoque cum *finito* (§ 40, 41, 42.) tum Participio exprimitur; (§ 43 ,) sed, ut apud Arabes, ita et apud Aramaeos, maxime apud Syros, secus quam apud Hebraeos fieri solet, rarius Infinitivus vi Verbi *finiti* usurpatur. Itaque haec Infinitivi forma exponenda est:

1 Per *Adverbium* modo hujus, modo alius significationis, vel per aliam quandam *circumscriptionem*, qua Verbi cum quo *absolute* construitur, notio, sin minus

semper, certe plerumque plus minusve mutatur: ut Gen. 37, 33. מִקְטַל קְטִיל, ܡܛܠ ܟܕ ܐܬܒܕܪ *certissime* prop. *occidendo*, sive *dilacerando dilaceratus est*, Jud. 15, 2. מֵימַר אֲמָרִית *equidem putabam* prop. *dicendo dixi*, Gen. 2, 16. מֵיכַל תֵּיכוּל, ܡܐܟܠ ܬܐܟܘܠ *licitum tibi est edere*, pp. *edendo edes*, 1 Sam. 6, 12. אָזְלִין מֵיזַל *euntes semper*, prop. *eundo*. Ubi autem hujusmodi *Infinitivus* alius est originis, quam Verbum *finitum*, etiam cum Praepositione constructus occurrit. Ita v. c. Dan. 2, 25. בְּהִתְבְּהָלָה הַנְעֵל est, ut Syr. ܡܥܓܠ ܐܥܠ *celeriter*, prop. *cum celeritate introduxit*.

2. Per *Infinitivum* proprie sic dictum, vel per *Gerundium*, vel etiam per ceteras Verbi Latini partes, modo citatas, quando sibi praepositam habet, maxime apud Chaldaeos, literam ל, ܠ post Verbum *finitum*, et plerumque pariter post Nomen et Pronomen, a quo etiam regitur, uti semper post Particulam מִן, ܡܢ et דְּ: ut 1 Reg. 3, 7. לֵית אֲנָא יָדַע לְמִפַּק וּלְמֵיעַל, ܠܐ ܝܕܥ ܐܢܐ ܠܡܦܩ ܘܠܡܥܠ *non scio egredi et ingredi*, Gen. 42, 12. אֲתֵיתוּן לְמֶחֱזֵי, ܐܬܝܬܘܢ ܠܡܚܙܐ *venistis ad videndum*, Cap. 29, 7. עִידָּן לְמִכְנַשׁ, ܙܒܢܐ ܠܡܟܢܫܘ *tempus congre-*

gandi, 2 Reg. 4, 13. מֶה לְמֶעְבַּד *quid faciendum?*
ܡܳܢܳܐ ܐܺܝܬ ܠܰܢ ܠܡܶܐܡܰܪ *quid est dicendum?* Gen. 14, 17. דְּתָב מִלְּמִמְחֵי *posteaquam reversus erat a proelio*, proprie *a percutiendo*, Cap. 11, 8. ܫܠܺܝܘ ܡܶܢ ܕܠܡܶܒܢܳܐ ܡܕܺܝܢ݈ܬܳܐ *cessarunt aedificare urbem* prop. *ab eo quod aedificare*, Ruth. 1, 12. סְבִית מִלְּמֶהֱוֵי לִגְבַר, ܣܳܐܒܶܬ ܠܝ ܡܶܢ ܕܠܡܶܗܘܳܐ ܠܓܰܒܪܳܐ *nimis senui, quam ut nuberem viro* prop. *prae esse*, Gen. 15, 12. וַהֲוַת שִׁמְשָׁא לְמֵעַל, ܗ̇ܘܳܬ ܫܶܡܫܳܐ ܠܡܶܥܰܠ *et sol erat occasurus* prop. *ad occidere*, C. 31, 19. אֲזַל לְמֵיגַז, ܐܶܙܰܠ ܠܡܶܓܙ *abiit tonsum*, Cap. 2, 9. מְרַגַּג לְמֶחֱזֵי, וְטָב לְמֵיכַל ܕܪܰܓܺܝܓ ܠܡܶܚܙܳܐ ܘܰܒܣܺܝܡ ܠܡܶܐܟܰܠ *desiderabilis visu et suavis esu.*

3. *Infinitivus* solo sermonis nexu raro vi Verbi *finiti* usurpatur: ut v. c. Gen.2,3. לְמֶעְבַּד, ܠܡܶܥܒܰܕ *quum faceret*, prop. *faciendo*. Raro etiam, in primis cum Particula praemissa *inseparabili*, vel *separata*, et cum apposito, aut Nomine simul, aut Adfixo

vi, modo *subjecti*, modo *objecti* constructus invenitur, ita ut Latine per Verbum *finitum* exprimendus sit. Hinc pro *Infinitivo*, sic in textu Hebraico saepissime usurpato, plerumque in Chaldaica, in Syriaca vero et Arabica versionibus fere semper substitutum invenitur Verbum *finitum* cum praemissa aliqua, sive Conjunctione, sive Praepositione. Ita v. c. Gen. 2, 4. pro בְּיוֹם עֲשׂוֹת יְהוָה prop. *in die facere Jehovae*, Chaldaeus habet: בְּיוֹמָא דִּי עֲבַד יְיָ, Syrus vero ܒܝܘܡܐ ܕܥܒܰܕ ܡܪܝܐ et Ar. فِي وَقْتٍ صَنَعَ ٱللّٰهُ *in die*, sive *in tempore*, *quo fecit Deus*, et ibidem pro בְּהִבָּרְאָם prop. *in creare eorum* substituit ille: כַּד אִתְבְּרִיאוּ, iste: ܟܕ ܐܬܒܪܝܘ et hic: إِذْ خُلِقَتَا *quum creata essent*, 2 Reg. 2, 1. pro Hebr. בְּהַעֲלוֹת יְהוָה et Chald. בְּאַסָּקוּת יְיָ prop. *in auferre Jehovae*, Syr. substituit: ܟܕ ܡܣܩ ܡܪܝܐ *quum* (prop. *auferens*) *auferret Deus*, et Ar. لَمَّا أَرَادَ ٱللّٰهُ إِصْعَادَ *cum vellet Deus tollere*, Deut. 2, 30. pro Hebr. לְמַעַן תִּתּוֹ et Chald. בְּדִיל לְמִמְסְרֵיהּ *propter tradere eum*, Syr. substituit: ܕܢܫܠܡܝܘܗܝ et Ar. لِكَيْ يُسَلِّمَهُ *ut traderet eum*.

4 Denique *Infinitivus* aliquoties praecedentis, a quo regitur, Verbi *finiti*, quod *adverbialiter* exponendum est, formam quasi accipit, atque adeo ita Verbum *finitum* fit. Vid. v. c. § 40, II. et § 41, II.

Quaest.

Unde multiplex ille Infinitivi in dialectis orientalibus usus exstitit, et quare latius in Hebraica, quam in Aramaea et Arabica dialecto patet?

§ 38.

ADFORMANTES.

Quandoquidem Praeteritum, Futurum et Imperativus, ceterae ergo *Conjugationis* partes (§ 36.) citatae, et nunc singulatim describendae, summatim quidem, nec tamen plane more, aut Hebraeorum, aut Arabum, ope quarundam literarum et syllabarum *servilium* formantur, sive flectuntur; sponte intelligitur ipsam antea indicandam esse harum et literarum et syllabarum cum *radice*, eaque etiam vario modo in Speciebus *derivatis* mutata copulatarum formam ac vim.

1 Literae illae ac syllabae, quatenus Verbi formae, tam *primitivae*, quam *derivatae* apponuntur, non male appellantur *Adformantes*, ut ita non tantum a *Praeformantibus* (§ 39.) et *Praefixis*, (§ 87.) verum etiam ab *Adfixis* (§ 78.) et literis *paragogicis* (§ 88.) descriptis, aliisque item literis, quae partim praepo-

nuntur, partim inseruntur, partim affiguntur et syllabis iisque etiam, cum praeponi, tum apponi solitis. Conf. v. c. § 21. II, 2, c. § 37, I, 1. § 44, 1, 6. § 27, II. § 34, II, 2, 5, 6. § 33, II, 2. § 65. § 66. § 67. § 68. § 69. distinquantur.

2 *Adformantes*, exceptis nonnullis, in quibus originis indicium valde obscuratum est, haud difficulter ab originali Pronominum *personalium* forma (§ 77.) derivantur.

3 Ut apud Hebraeos, ita quoque apud Aramaeos *personae*, tam masculinae, quam femininae *Adformantibus* significatae solummodo, vel *singularis*, vel *pluralis*, minime vero, ut apud Arabes *dualis* quoque numeri sunt; cujus rei caussa perspicua est, cum propter ea, quae modo de earum a Pronominibus *personalibus* origine diximus, tum propter ea, quae de admodum raro et propemodum nullo *dualis* numeri in dialecto Aramaea usu (§ 68.) monebimus. Nihilominus tamen numero et forma tenus Aramaeorum *Adformantes* magis Arabum, quam Hebraeorum *Adformantes* referunt.

4 *Adformantes* propterea quod earum aliae per se solae, aliae vero una cum ultima Verbi litera syllabam efficiunt, dividuntur in *asyllabas* et *syllabicas*.

5 Quamquam porro utriusque hujus classis *Adformantes*, nunquam in ipso sermone a Verbis sejunctae, sed semper cum Verbis conjunctae occurrunt, tamen semel seorsim proponendae sunt, quo accuratius earum omnium et forma et vis et ratio tota cognoscatur.

Itaque separatim scriptae, sic, secundum maxime, ut videtur, audiendam grammaticorum doctrinam sese habent:

	Praeteriti.	*Futuri.*	*Imperativi.*
3. *pers. sing. fem.*	תְ ܬ	ܝ	
plur. masc.	וּ ܘ	וּן ܘܢ	
fem.	אָ ܝ	ןָ ܢ	
2. *pers. sing. comm.*	תְּ		
masc.		ܬ	
fem.		ܬܝ ין ܝܢ	ִי ܝ
plur. masc.	תוּן ܬܘܢ	וּן ܘܢ	וּ ܘ
fem.	תֵּן ܬܝܢ	ןָ ܢ	נָא ܝܢ
1. *pers. sing. comm.*	תִּי ܬ		
plur.	נָא ܢ		

6 Pro hisce maxime commendatis *Adformantium*, tam *asyllabarum* quam *syllabicarum* formis et a nobis propterea in Verborum paradigmate (§ 45.) pariter expressis in usu etiam sunt ratione habita quarundam aliae, eaeque quidem hujusmodi, ut minime omnes, cum propter alias caussas, tum propter diversa grammaticorum judicia negligendae sint. Quocirca notabimus hasce paucis, et unam alteramve quaestionem adjiciemus.

a. Aliquoties *Adformans* תָּ et תָא pro תְּ *masc.;* יתְ praesertim יתְ aliquando etiam תִּי pro תְּ invenitur: ut v. c. Dan. 2, 47. יְכֵלְתָּ *potuisti*, Exod. 2, 14. קְטַלְתָּא *occidisti*, Gen. 3, 17. קִבַּלְתָּ *obedivisti*, Cap. 18, 5. מַלֵּלְתָּא *locutus es*, Cap. 31, 28. אִסְכֵּלְתָּא *stulte egisti*, 2 Sam. 1, 25. אִתְקְטַלְתָּא, sive אִתְקְטֵלְתָּא *occisus es;* Deut 29, 5. הֲלֵיכִית *duxi*, Gen. 3, 10, שְׁמַעִית *audivi*, ibidem אִטַּמְרִית *abscondidi me*, Ps. 119, 110. תְּעִיתִי *aberravi.* — Etiam quidam grammaticorum *Adformantes* ܘ, ܢ et ܝ cum vocali scribunt, ܘ̇, ܢ̱, ܢ̣ et ܝ̈. Plerumque tamen non tantum sine vocali scribuntur, verum etiam subinde, excepta *Nun*, ne ipsae quidem literae scribuntur: ut KIRSCH *Chrest.* p. 4. ܐܙܠ *iverunt* pro ܐܙܠܘ, Gen. 41, 7. ܐܟܠ *devorarunt* pro ܐܟܠܝܢ, Luc. 14, 34. ܬܬܡܠܚ *salietur* pro ܬܬܡܠܚܢ.

b. Contra consuetudinem summum *tonum* atque adeo ejus notam, *accentum* aliquando *Adformantes* sibi vindicant: ut Gen. 3, 7. עֲבְדוּ *consuerunt* pro.

עֲבָדוּ, Cap. 41, 7. בְּלָעָא *devorabant* pro בְּלַעוּ. Pro ת item scribitur ob dictam § 30, I. caussam תְ.

c. Adformantibus ו, ܘ, אָ, ܢ et ܝ apponitur etiam *Nun*, quae vocatur *paragogica*, quemadmodum *Adformanti* ܝ litera *Jud*, et vicissim *Adformans* ון subinde sine *Nun* usurpatur: ut Ps. 77 17. רְתַתוּן *contremuerunt* pro רְתַתוּ, Gen. 3, 7. אִתְנַהֲרָן *illuminati sunt* pro אִתְנַהֲרָא, KIRSCH *Chrest.* p. 79. ܐܰܫܠܶܡܘܢ *tradiderunt* pro ܐܰܫܠܶܡܘ, Apoc. 21, 4. ܥܒܰܪܘܢ *transierunt* pro ܥܒܰܪܘ, Luc. 9, 13. ܐܙܶܠܢܢ *abivimus* pro ܐܙܶܠܢ, 1 Cor. 7, 16. ܬܰܚܶܝܢ *salvabis* pro ܬܰܚܶܐ, Marc. 9, 25. ܬܶܥܠܝܢ *intrabis* pro ܬܶܥܠܝ, Esr. 4, 12, יְחִיטוּ *renovarunt.*

d. Nonnulli grammaticorum et *Adformantes* more Hebraeorum *Dagesch leni* et personas pluralis numeri feminini generis *Ribui* notandas censent; sed nos, ob ea, quae ad § 28. et § 7, II, 3, *b.* diximus, non notavimus.

De irregulari denique *Adformantium* usu § 71, II, et III. et de Participiis cum Pronominibus copulatis § 43 agendum.

Quaest. 1.

Quidni Adformantes asyllabae accentum sibi tonicum, ut in sermone Hebraico, vindicant omnes?

Quaest. 2.

Unde alia quarundam memoratarum Adformantium, quae subinde usurpatur forma explicanda est? — Quo redeunt de alius generis irregulari prossus exitu, quo et prima singularis numeri persona, et quo saepius tertia singularis numeri, feminini generis persona in formis v. c. הַשְׁכַּחַת *inveni pro* הַשְׁכְּחֵת *et hoc pro* אַשְׁכְּחֵת Dan. 2, 25.; אֲכַלַת *edit pro* אַכְלַת *et hoc pro* אָכְלַת, שְׂבַעַת *satiata est pro* שָׂבְעַת Ruth 2, 14., נְפַקַת *egressa est pro* נִפְקַת, *et* אֲמַרַת *dixit pro* אֲמֶרֶת *et hoc pro* אִמְרַת Gen. 30, 16. Dan. 5, 10., דְבַרַת *tulit pro* דְּבֶרֶת Gen. 16, 3., אִתְקְבַרַת *sepulta est pro* אִתְקַבַּרַת C. 35, 19., הִתְגְזֶרֶת *abscissa est pro* אִתְגְזַרַת Dan. 2, 34. *exprimitur, diversa grammaticorum iudicia? — Quomodo porro de vocabulo* אַזְדָּא Dan. 2, 5, 8. *tantum obvio, quod aliis, praeëuntibus* LXX. *Theod. Arab.* et *Vulg. interpretibus, est: abiit, i. e. oblitus sum somnii, fugit me somnium; aliis, praeëunte Syro interprete, est: certissimum est i. e. rata est*

sentential a me prolata, non facile revocabitur, sive ut Palmius habet: de zaak is bij mij afgedaan, iudicandum? — Uti etiam, quid de argumento ex Verbi Hebr. יָצָא Jes. 45, 23. *usu ad posteriorem hanc vocabuli* אִזְדָּא *significationem confirmandam, derivato statuendum?*

Quaest. 3.

Quid de quarundam Adformantium et pronuntiatione et abjectione judicandum?

Quandoquidem porro Futurum non tantum hic illic, ut Praeteritum et Imperativus ope *Adformantium*, verum etiam ubique ope *Praeformantium* more Hebraeorum et Arabum inflectitur, *Praeformantes* nobis describendae restant.

§ 39.

PRAEFORMANTES.

Praeformantes, de quorum, quomodo de *Adformantium* origine a Pronominibus *personalibus* § 77. propositis pronuntiandum, habet Chaldaicus sermo cum Hebraico et Arabico easdem, nempe quatuor hasce נ, א, ת, י, ita tamen, ut י non tantum tertiam pluralem *masculinam* more Hebraeorum, verum etiam *femininam* more Arabum designet; atque adeo utraque haec persona *Adformante*, non *Praeformante*

distinguitur; Syriacus vero tummodo tres ܐ, ܬ, ܢ, quarum *Olaph* primam singularem comm. *Tau* secundam utriusque generis et numeri, uti etiam tertiam femininam singularem, *Num* denique cum tertiam singularem masculinam, tum primam pluralem comm. tum etiam tertiam pluralem utriusque generis personam indicat. Conf. v. c. § 45. — Pro Adformante *jod* more Syrorum subinde usurpatur *Nun:* ut Prov. 29, 25. נֶעֱשַׁן *roborabitur* pro יֶעֱשַׁן, Cap. 10, 9. נִתְיַדַּע *notus fiet* pro יִתְיַדַּע — Denique Syri tertiae personae fem. gen. sing. num. vulgo apponunt *Jud.* quemadmodum § 41, I, 1. videbimus, uti etiam, quomodo Praeformantes *radici* praefigantur.

Quaest. 1.

Unde, ut videtur Praeformantis Nun pro jud usus repetendus?

Quaest. 2.

Quomodo factum, ut aliarum etiam Praeformantium usus subinde fluctuet?

Sed quid plura, vel enim fallimur, vel ea, quae, cum praecedenti, tum hac *paragrapho* generatim ita praemonuimus, nobis sufficiunt ad peculiares nunc et Praeteriti et Futuri et Imperativi affectiones distinctius significandas.

§ 40.

PRAETERITUM.

Alterum duorum, quae habentur *Temporum*, alii inter grammaticos *Praeteritum*, alii *Aoristum perfectum*, vel *Aoristum primum*, vel etiam simpliciter *Perfectum*, appellant, prouti alterum horum *Temporum* vocant *Futurum*, vel *Aoristum secundum*, vel etiam simpliciter *Imperfectum*.

Est autem ejus forma simplicissima, usus vero multiplex ac varius, ut apud Hebraeos et Arabes.

I.

Praeteriti forma.

1. A trium literarum et unius syllabae forma, id est a tertia ejus persona, singularis numeri, masculini generis פְּקַד, ܦܩܰܕ reliquae personae, duarum tantum syllabarum formae fere omnes, per appositas utriusque generis Adformantes ductae sunt. Conf. § 38. — Prima aliquando *radicalis* cum *Kamets* scribitur: ut Hab. 1, 12. בָּרֵיתָ *creasti* pro בְּרֵיתָ et hoc pro בְּרִיְתְ § 45. § 60. § 17, VII, 2, 3.

2. Quaedam Adformantium accentum *tonicum* deducunt, quaedam non deducunt, sed suo loco relinquunt. Vid. § 38, 5, coll. 6, b. et § 45.

3. Vocalis *terminalis* saepe, cum aliam ob caussam

§ 17, VI, 1, 2. traditam, tum, quod hoc loco in primis animadvertendum, ab aliam Verbi *significationem* alia est. Conf. § 33, I. — Plerumque vocalis *brevis* pellitur ante solas Adformantes תְ, ־ et תִ, ־, utpote accentum simul et ultimam Verbi literam sibi vindicantes, et propterea prima *radicalis* cum vocali plerumque *Chirek*, vel *Rebozo* scribitur, § 20 III, 1. § 21, II, 1, d. Conf. etiam § 45 et § 17, VI, 1, 2. — Raro *Patach* ante Adformantem ו et אָ mutata reperitur in *Kamets*. Reliquae vocales *terminales* regulariter ante Adformantes omnes manere solent, ita tamen, ut pro una vocali *Tseri* aliquando *Segol* substituatur: ut v. c. Gen. 8, 3. חֲסָרוּ *decreverunt*, Cap. 41, 7. בְּלָעָא *devorarunt;* Esr. 4, 24. בְּטֵלַת *impeditum est*, Ezech. 26, 2. חֱרוּבַת *vastata est*, 1 Sam. 14, 43. טְעֵמִית *gustavi*, Esr. 4, 12. סְלִקוּ *adscenderunt*, Jer. 49, 4. חֱרוּבוּ *fractae sunt (vires* prop. *robur)*, Jud. 5, 7. חֲרוּבָא *vastatae sunt*, Jos. 24, 13. נְצַבְתּוּן *plantastis*, Jud. 15, 10. סְלִיקְנָא *adscendimus*, 1 Sam. 12, 13. שְׁאֶלְתּוּן *petiistis*. Conf. porro quaest. 2, § 38.

Praeteriti ergo *forma Aramaea*, quatenus numero *duali* caret, *Hebraicam*, quatenus vero tertiam personam plur, fem Adformante distinguit, *Arabicam*, uti *Syriaca* Praeteriti *forma*, quatenus Adformante genus

femininum secundae personae, sing, num. exprimit, *Hebraicam* et *Arabicam* Praeteriti formam refert.

II.

Praeteriti usus.

Descripta haec Verbi forma praeter *Praeteriti*, proprie sic dicti, vim, multiplicem aliam habet, in primis apud Syros, ita ut quoque more Hebraeorum et Arabum, cum ceteras Conjugationis Latinae partes, propemodum omnes, tum ipsa etiam *Adverbia* exprimat.

1 Exprimit *Praeteritum* stricte ita dictum: ut Gen. 3, 11. *Quis* חַוִּי, ܚܘܝ *dixit tibi?* Animadvertendum autem, apud Aramaeos, ut apud Arabes substitui *Praeteritum*, idque modo cum hac, modo cum alia Particula conjunctum pro Hebraeorum *Futuro* cum ו *conversiva Futuri*, quae litera ea vi solis Hebraeis propria est, quemadmodum Particula لَمْ prop. *non* Arabibus. Ita v. c. Gen. 41, 41, 42. pro Hebraeorum וַיֹּאמֶר Chald. וַאֲמַר, Syr. ܘܐܡܪ et Arab. ثُمَّ قَالَ *et*, sive *tum dixit*, pro Hebr. וַיַּלְבֵּשׁ Chald. וְאַלְבֵּשׁ, Syr. ܘܐܠܒܫ et Arab. وَأَلْبَسَ *et induit* substituit. Et ita contra eandem ob caussam pro Hebraeorum *Praeterito* per *Futurum*, vel per

Imperativum, propter praepositam ו *conversivam Praeteriti*, reddendo apud Aramaeos, ut apud Arabes usurpatur vel *Futurum*, vel *Imperativus* cum *Vau*, cui una inest *copulandi* vis. Ita v. c. 1 Reg. 1, 14. *intrabo et confirmabo verba tua* Hebr. est אָבוֹא וּמִלֵּאתִי, sed Chald. אֵיעוֹל וַאֲקַיֵּם, Syr. ܐܶܥܽܘܠ ܘܶܐܡܰܠܶܐ et Arab. أَدْخُلُ وَأُتَمِّمُ, Lev. 27, 2. *loquere et dic* Hebr. est דַּבֵּר וְאָמַרְתָּ, sed Chald. מַלֵּל וְתֵימַר, Syr. ܡܰܠܶܠ ܘܶܐܡܰܪ et Arab. مُرْ وَقُلْ.

2 Exprimit *Praesens* et reliquas Conjugationis Latinae partes fere omnes. Ita v. c. est Deut. 1, 39. יָדְעוּ, ܝܳܕܥܺܝܢ *sciunt*, 2 Reg. 20, 12. שָׁלַח, ܫܰܕܰܪ *mittebat*, vel *misit*, שָׁמַע ܫܡܰܥ *audierat*, Ruth. 1, 9. יְהַב, ܢܶܬܶܠ *det*. — Maxime autem moris est, praesertim apud Syros, ut cujusvis Verbi *Praeteritum* cum *Praeterito* Verbi *substantivi* הֲוָא, ܗܘܳܐ ejusdem et personae et generis et numeri constructum, quomodo in sermone Arabico, *Plusquam perfectum*, et ut post unam alteramve Particulam, *conditionem* v. c. *propositum*, *desiderium* significantem, modo hanc, modo aliam *Conjunctivi, seu Subjunctivi* vim exprimat, quemadmodum ita quoque in Hebraico, cum *Praeteritum*,

tum *Futurum*, in Arabico vero sermone in primis *Futurum* usurpari solet. Ita v. c. Cant. 1, 12. est הֲוָא נְפַק *exierat*, Gen. 13, 4. ܩܒܥ ܗܘܐ *fixerat*, Marc. 3, 8. ܫܡܥܘ ܗܘܘ *audiverant*, Cap. 11, 13. ܗܘܐ ܗܘܐ *erat*, Joan. 3, 25. ܗܘܬ ܗܘܬ *erat*, 1 Reg. 13, 31. כַּד אֵמוּת, ܡܐ ܕܡܝܬܬ *cum mortuus fuero*, Jud. 8, 19. אִלּוּ קַיֵּמְתּוּן, ܐܠܘ ܐܚܝܬܘܢ *si vivos servassetis eos*, לָא קְטָלֵית, ܠܐ ܩܛܠܬ *non trucidarem vos*, Num. 20, 3. לְוַי דְמִתְנָא, ܐܦܠܘ ܡܝܬܝܢ *utinam mortui essemus*. — Praeterea moris quoque est, ut *Praeteritum* Verbi hujus *substantivi* cum *Participio*, vel cum *Adjectivo* constructum, modo *Praesens* exprimat *Conjunctivi*, sive *Imperativum*, modo moneat ipsum *Participium* pari hac ratione capiendum esse: ut Math. 5, 25. ܗܘܝܬ ܡܫܬܘܐ *esto*, sive *sis benevolus*, Marc. 5, 34. ܗܘܝܬ ܚܠܝܡܐ *esto*, sive *fias sana*, 1 Tim. 2, 8. *volo igitur*, ܕܢܗܘܘܢ ܡܨܠܝܢ ut *orent*, 1 Thess. 5, 12. *Petimus a vobis* ܕܬܗܘܘܢ ܝܕܥܝܢ ut *agnosca-*

tis, Marc. 13, 37. ܗܘܘ ܠܟܘܢ ܫܗܪܝܢ *estote vigilantes*, sive *vigilate*, Exod. 1, 16. ܗܘܝܢ ܠܟܝܢ ܚܙܝܢ *estote videntes*, sive *videte*, Luc. 10, 37. ܗܘܝ ܠܟ ܥܒܶܕ *fac*.

3. More praesertim Hebraeorum *Praeteritum* ante *Praeteritum* ejusdem numeri ejusdemque personae, aut ante *Infinitivum* positum aliquando *Adverbii* vim exprimit et *Infinitivus* sic fit Verbum *finitum:* ut v. c. Gen. 26, 18. וְתַב וְחַפַר, ܗܦܰܟ ܚܦܰܪ *rursus*, seu *denuo*, prop. *reversus est effodit*, Cap. 8, 10. ܗܦܰܟ ܫܰܕܰܪ, וְאוֹסֵיף שַׁלַּח *denuo* prop. *addidit*, sive *reversus est emisit*, Num. 22, 25. וְאוֹסֵיף לְמִמְחָה, ܘܐܰܘܣܶܦ ܠܡܶܡܚܳܝܽܘܬܳܗ *et denuo*, prop. *et addidit verberavit eam.* Saepius tamen, in primis in sermone Syriaco, ut in Arabico, pro *Infinitivo* Verbum *finitum*, et pro Verbo *finito* per *Adverbium* exponendo substituitur *Adverbium.* Ita v. c. Gen. 27, 20. pro Chald. אוֹחֵיתָא לְאַשְׁכָּחָא, uti etiam pro Hebr. מִהַרְתָּ לִמְצֹא et Arab. أَسْرَعْتَ لِلْوُجُودِ *festinasti ad inveniendum*, sive *inveniendo*, Syrus substitutum habet ܥܓܰܠ ܐܶܫܟܰܚܬ *cito invenisti.* Conf. porro § 41, II. § 42, II. § 43, II.

4. Usurpatur etiam *de eo, quod fieri solet*, uti etiam apud Hebraeos: ut Ps. 1, 1. הָלַךְ, ܗܳܠܶܟ *ire*, קָם, ܩܳܐܶܡ *stare*, אִסְתְּחַר, ܝܳܬܶܒ *sedere solet*. Ubi Arab. *Futurum* habet.

5. *Praeteritum* denique, quod vocatur *propheticum*, subinde quidem in versione V. F. Syriaca et Chaldaica uti etiam in Arabica invenitur, plerumque tamen illud in iis *Futuro*, vel alia forma vi *Futuri* exprimitur: ut v. c. Jes. 9, 2. *populi in tenebris ambulantes* ܚܙܳܘ, ut Hebr. רָאוּ *videbunt*, uti etiam Arab. أَبْصَرَ *videbit*, sed Chald. supplet *egessi sunt* לְמֶחֱזֵי *ut viderent lucem magnam*, *habitantibus in terra umbrae mortis lux* ܢܽܘܗܪܳܐ et Hebr. נָגַהּ, Chald. etiam אַזְהַר *orietur*, sive *splendebit*, sed Arab. يُشْرِقُ *orietur*.

Obs.

De irregulari quadam in uno alterove Verbo Praeteriti forma.

§ 41.

FUTURUM.

Alterum nobis describendum *Tempus*, quod *Futu-*

rum, vel alio etiam nomine a grammaticis appellatur (§ 40.) est simplicissimae pariter formae et frequentissimi, maxime apud Chaldaeos, etsi minus frequentis quam apud Hebraeos et Arabes, usus.

I.

Futuri forma.

1. Futuri *personae* ope Praeformantium omnes, nonnullae etiam ope Adformantium simul a simplicissima Verbi forma פְּקֵד, ܦܩܶܕ ductae sunt eaeque, ut plerique grammaticorum volunt item omnes duarum syllabarum. Conf. § 38. § 39. § 45.

2. Praeformantes, ut in Hebraico et Arabico sermone scribuntur cum vocali *brevi* eaque vulgo *Chirek*, aut *Rebozo*, propterea quod prima *radicis* litera vocalem non habet. Vid. § 45. coll. cum § 21, II, 1, d.

3. Adformantes omnes ultimam Verbi literam sibi vindicant, uti etiam summum tonum. Hinc *necessitatis* caussa vocalis terminalis *Kibbuts*, uti etiam *Patach* utpote utraque *brevis*, sed *euphoniae* caussa *Ezozo* utpote *longa* pellitur, substituto apud Chaldaeos *Schevate mobili.* Vid. § 45 coll. cum § 20, III. Conf. etiam § 7, II, 3, c.

4. Ob quas caussas Praeteriti (§ 40, I, 1, 3.) descripti, etiam *Futuri* vocalis *terminalis* mutatur. Et

haec quidem mutatio, quae hoc loco spectatur cum ipsa Verbi significatione conjuncta est. Scilicet vocalis Praeteriti *terminalis* A regulariter mutatur in U, vocalis E, maxime apud Syros, in A, et denique vocalis *Cholem* in vocalem *Schurek*, et id omne quidem, quod ad caput rei attinet, more Hebraeorum et Arabum. Conf. v. c. נִקְטֹל, ܢܶܩܛܘܿܠ a קְטַל, ܩܛܰܠ *occidit*, יִבְאַשׁ a בְּאֵשׁ *malus fuit*, ܢܶܒܛܰܢ a ܒܛܶܢ *concepit*, יִדְמוּךְ ܢܶܕܡܰܟ a דְּמוּךְ ܕܡܶܟ *dormivit*.

Quaest.

Exceptiones, quae occurrunt, unde explicandae?

5. Quae de Praeterito ratione habita numeri *dualis* § 40, I, 1, 3. monuimus et hic valent. Tertia porro persona sing. fem. in dialecto Syriaca non sola Praeformante, ut in Hebraica, Chaldaica et Arabica dialectis, verum insuper Adformante constituta est. Conf. § 45. Quamquam denique, ut in Aramaea, ita etiam in Hebraica et Arabica dialecto vocales Praeteriti *terminales* in Futuro mutantur, non vero, ut in hac ita in ceteris dialectis diversa Futuri vis diversa exprimitur forma.

Quaest.

Unde peculiaris haecce Futuri in sermone Arabico affectio repetenda?

II.

Futuri usus.

Futurum non solum *Futurum* proprie sic dictum indicat, sed ejus pariter ac Praeteriti, modo descripti, usus multo latius, inprimis apud Chaldaeos patet, uti modo in hujus paragraphi exordio dictum est.

1. Pro aliis Conjugationis Latinae partibus substitum invenitur, et constanter *Futuro* quoque, ut in Hebraica et Arabica dialectis, cum suppletur tertia *Imperativi* persona, tum omne praesertim praeceptum *negativum* exprimitur. Ita v. c. est Exod. 5, 15. תַּעֲבֵיד *facis*, Jes 43, 17. ܢܫܟܒܘܢ *jacent*, 1 Sam. 22, 3. יִפּוֹק *egrediatur*, ܢܬܒ *maneat*, Jud. 14, 16. אֲחַוֵּי *indicarem*, ܐܡܪ *dicerem*, Exod. 9, 14. בְּדִיל דְּתֵידַע, ܡܛܠ ܕܬܕܥ *ut scias*, Ruth. 3, 18. עַד זְמַן דְּתֵידְעִין, ܥܕ ܕܬܚܙܝܢ *donec videris*, Matth. 2, 22. ܕܚܠ ܕܢܐܙܠ *timuit abire*, Exod. 21, 17. יִתְקְטֵל, ܢܬܩܛܠ *occiditor*, Deut. 6, 13. תִּדְחַל, ܬܕܚܠ *time*, Exod. 20, 4. לָא תַעְבֵּיד ܠܐ ܬܥܒܕ *ne facias*. Conf. § 40, II. § 42. II. § 43, II.

2. More in primis Hebraeorum *Futurum* etiam ante *Futurum* ejusdem numeri ejusdemque personae, aut ante *Infinitivum* positum aliquando vim *Adverbii* accipit et *Infinitivus* fit Verbum *finitum:* ut Gen. 30, 31. ܐܗܦܘܟ ܐܪܥܐ, אֱתוּב אֶרְעֵי *rursus*, proprie *revertar pascam gregem tuam*, 1 Sam. 2, 3. ܠܐ ܬܘܤܦܘܢ ܬܡܠܠܘܢ, לָא תִסְגּוֹן לְמַלָּלָא *ne amplius loquamini* prop. *ne addite loqui.*

3. Usurpatur more Hebraeorum et Arabum de *eo, quod fieri solet* et *licet:* ut Prov. 15, 20. *Filius sapiens* יְחַדֵּי *exhilarare solet patrem:* quod Syr. ܡܚܕܐ *exhilarans* est. Chaldaei pariter ea vi maxime *Participium* usurpant, quemadmodum subinde etiam Hebraei et Arabes: ut ibidem vers 14. *cor intelligentis*, sive *justorum* ܒܥܐ, בָעֵי *quaerere solet.* prop. *quaerens*, Gen. 3, 2. ܢܐܟܘܠ, נֵיכוּל *edere nobis licet.* Conf. etiam § 40, II, 4.

§ 42.

IMPERATIVUS.

Propter varii generis affectiones, quas *Imperativus* cum Futuro habet easdem, non ita continuo in oculos incurrit, utrum *Imperativus Futurum*, an vero

Futurum Imperativum sequatur. Unde ergo est, cur in Verborum paradigmate apud grammaticos, modo *Imperativum* ante *Futurum*, modo *Futurum* ante *Imperativum* collocatum inveniamus. Plura autem, ut nobis videtur, horum, quam illorum grammaticorum sententiam commendant, idque quidem eo magis, quoniam simplicissima *Imperativi* forma unius tantum, *Futuri* vero duarum syllabarum non satis probat *Imperativum* ante *Futurum* esse describendum.

I.

Imperativi forma.

1. Simplicissima Imperativi *forma*, sive secunda persona, singularis numeri, masculini generis est פְּקֹד ܦܩܘܿܕ, ut etiam simplicissima Praeteriti *forma*, trium literarum et unius syllabae. Ab hac ergo secunda persona, reliquae tres secundae *Imperativi* personae ope totidem Adformantium (§ 38.) derivantur: nempe feminina singularis ope י, ܝ sive ܝ̱, pluralis masculina ope וּ, ܘ et denique pluralis feminina ope Adformantis נָא, ܝܢ̈. Conf. § 45. § 35, 3. et § 41, II.

2. Adformantes prop. accentum tonicum sibi non vindicant, et propterea vocalis *terminalis* manet, ipsa etiam *Kibbuts* ante י et וּ. Vid. § 45 coll. cum § 38. 6. b. Conf. etiam § 7. II. 3. c.

3. Inter varii generis proprietates, quas *Imperativus* cum Futuro habet communes, commomeranda quoque est vocalis *terminalis* quaeque non tantum plerumque eadem est atque in Futuro, verum etiam ob easdem caussas pariter alia esse solet. Vid. § 45.

Obs.

De alia subinde in uno alterove Verbo Imperativi forma.

II.

Imperativi usus.

Qualis universus est Imperativi in Hebraico et maxime in Arabico talis etiam est in sermone Arabico *usus*. Proprie ejus vis est *affirmativa*, non ut aliis in linguis etiam *negativa*. Etenim cujusvis generis praecepta *negativa*, sive interdicta non *Imperativo* sed *Futuro* praemissa *negandi* Particula proponuntur § 41 II. — *Imperativus* porro proprie ac plerumque exprimit omnis generis praecepta *positiva*, ita tamen, ut haec propria ejus et maxime usitata vis non minus quam propria et maxime usitata *Praeteriti* et *Futuri* vis pro alia sermonis mente alia etiam fiat. Quamobrem modo *permittendi*, modo *promittendi*, modo *adhortandi*, modo *Futuri*, modo hujus modo alius *Adverbii*, sive *descriptionis* vim exprimit:

1. *permittendi:* ut 2 Sam. 15, 9. אֵזַל, זִל, est *permitto, tibi, ut abeas* prop. *abi.*

2. *promittendi*, sive *asseverandi:* ut 2 Reg. 5, 13. טְבוֹל וְאִתְסֵי, ܣܚܝ ܘܬܕܟܐ *intinge*, sive *lava te* et *sanus*, sive *mundus eris.*

Obs.

De utriusque hujus exempli ratione.

3. *adhortandi:* ut Jos. 1, 7. תְקִיף, ܬܐ ܐܬܚܝܠ *fortis esto* prop. *fortifica.* Et hac quidem vi κατ᾽ἐξοχὴν ante *Futurum* ponunt *Imperativum* Verbi אֲתָא ܬܐ *venit* singularis numeri, ubi de *duobus*, pluralis numeri vero, ubi de *pluribus* sermo est, quemadmodum Hebraei sic suo לְכָה, aut לְכוּ, et etiam subinde Arabes suo تَعَالَ aut تَعَالَوْا. Ita v. c. Gen. 19, 32. אֲתָא נַשְׁקֵי et ܬܐ ܢܫܩܐ *demus bibendum* prop. *veni libere faciemus patrem nostrum*, Cap. 31, 44. אֲתָא נִגְזַר et ܬܐ ܢܓܙܘܪ est *ineamus* prop. *i faciemus foedus*, Cap. 37, 20. אֱתוֹ וְנִקְטֵל et ܬܘ ܢܩܛܠܝܘܗܝ, *occidamus* prop. *ite et, occidemus.*

4. raro *Futuri* subinde tamen. Ita v. c. Gen. 45, 18. *Dabo vobis optimum terrae Aegypti* ܘܐܬܠ ܠܟܘܢ prop.

et edite est, ut Chald. expressit וְתֵיכְלוּן et *edetis pinguedinem terrae.*

5. denique subinde etiam *Adverbii* ante *Imperativum* ejusdem personae positus. Ita v. c. Gen. 45, 9. אוּחוּ וְסַקוּ prop. *fèstinate et adscendite* est, ut Syr. expressit ܒܥܓܠ ܣܩܘ *festinanter adscendite*, uti etiam Ps. 51, 4. ܐܣܓܐ ܐܚܠܝܢܝ *multiplica lava* est *multum*, sive *penitus lava*, quod eadem vi Chald. סוּגְעָא תַחֲוַר expressit. Conf. porro § 40. II. § 41. II. § 42, II. § 43, II.

§ 43.

PARTICIPIUM.

Postrema e quatuor, quae habentur Conjugationis partibus (§ 35.) vocatur *Participium*. Est autem illud, ut apud Hebraeos, duplex, alterum *activum* פֹּקֵד, ܦܩܕ subinde etiam פָּקִיד, פָּקֹד, ܦܩܝܕ, alterum *passivum* פְּקִיד, ܦܩܝܕ subinde etiam פְּקֵד, ܦܩܝܕ maxime in Verbis *intransitivis*. Utrumque frequenter varie usurpatur atque, modo Verborum, modo Nominum flexionem et constructionem sequitur.

I.

Participii forma.

1. Simplicissima utriusque Participii ut Praeteriti et Imperativi *forma* trium est literarum, ita tamen ut *activi*, sicut Infinitivi ac Futuri duarum sit syllabarum, Participii vero *passivi*, quemadmodum Praeteriti uti etiam Imperativi *forma* simplicissima unius tantum syllabae. Conf. etiam § 7, II, 3. c.

Quaest.

Aliae, quae subinde utriusque hujus Participii occurrunt formae, unde exstiterunt?

2. Vocalis, quam prima *radicalis* in *Participio activo* et vocalis quam secunda *radicalis* in *Participio passivo* habet est *immutabilis*, utpote *characteristica*. Vid. § 45. et formas modo propositas coll. cum. § 19, V. Hoc ergo *Participium* more Hebraeorum unius vocalis diversitate a *Participio activo* distinguitur.

Utrumque hocce *Participium* pulsa vocali *mutabili*, non tantum *nominales* generis ac numeri terminationes et admittit et eas more Nominum, modo ob hanc, modo aliam ob caussam pellit, verum etiam terminationes *verbales*, sive Pronomina *personalia*, quorum pleraque per *aphaeresin*, modo unius, modo plurium literarum apponitur, *Participio* porro *Passivo* in sermone Chaldaico simili etiam subinde modo, quo Prae-

terito. Conf. § 20, III. § 67. § 68. § 71, I. § 77. § 92.

Haec igitur Pronomina *personalia* vario modo cum utroque *Participio* copulata tres constituunt formas, nempe Verbi *finiti* ***Praesens*** in Indicativo, cum *activo*, tum *passivo*, uti etiam *Participium passivum* cum ipsis adeo Praeteriti Adformantibus subinde compositum invenitur, atque eo sic exprimitur vis Speciei *Ithpeël.* Quocirca tribus hisce formis, Verborum in sermone Aramaeo Paradigma locupletari postest, quod tamen omnibus in grammaticis non fieri solet. Et de nostra pariter sententia haud unam ob caussam haecce Participiorum cum Pronominibus et Adformantibus *constructio* et *compositio* non tantum memoranda et describenda, verum etiam exemplo Participii Verbi פְּקַד, ܦܩܰܕ illustranda. Itaque primum exemplum *Participium activum*, alterum *Participium passivum* cum Pronominibus *personalibus*, et denique tertium *Participium passivum* cum ipsis Adformantibus conjunctum proponet.

Obs.

De utriusque Participii in Hebraico et Arabico sermone cum Pronominibus constructione et compositione.

a. *Participium activum cum Pronominibus personalibus constructum et compositum.*

Participium sing. cum Pronomine sing.

3. *pers.*	*m.*	פָּקֵד הוּא,	ܦܳܩܶܕ ܗ̱ܘ s. ܦܳܩܶܕ ܗܽܘ̇
	f.	פָּקְדָא הִיא,	ܦܳܩܕܳܐ ܗ̱ܝ s. ܦܳܩܕܳܐ ܗܺܝ̇
2.	*m.*	פָּקְדַת,	ܦܳܩܶܕܬ݁
	f.	פָּקְדַתְּי,	ܦܳܩܶܕܬ݁ܝ
1.	*c.*	פָּקֵדְנָא,	ܦܳܩܶܕ ܐ̱ܢܳܐ
		פָּקְדָאנָא,	ܦܳܩܕܳܐ ܐ̱ܢܳܐ

Participium plur. cum Pronomine plur.

3. *pers.*	*m.*	פָּקְדִין הִמּוֹן,	ܦܳܩܕܺܝܢ ܗ̱ܢܽܘܢ
	f.	פָּקְדָן הִנֵּין,	ܦܳܩܕܳܢ ܗ̱ܢܶܝܢ
2.	*m.*	פָּקְדִיתוּן,	ܦܳܩܕܺܝܬܽܘܢ
	f.	פָּקְדָתֵן,	ܦܳܩܕܳܬܶܝܢ
1.	*c.*	פָּקְדִינָן,	ܦܳܩܕܺܝܢܰܢ
		פָּקְדָנָן	

b. *Participium passivum cum pronominibus personalibus constructum et compositum.*

Participium sing. cum Pronomine sing.

3. *pers.*	*m.*	פְּקִיד הוּא,	ܦܩܝܕ ܗܘ s. ܦܩܝܕܗܘ
	f.	פְּקִידָא הִיא,	ܦܩܝܕܐ ܗܝ s. ܦܩܝܕܐܗܝ
2.	*m.*	פְּקִידַת,	ܦܩܝܕܬ
	f.	פְּקִידַתְּי,	ܦܩܝܕܬܝ
1.	*c.*	פְּקִידְנָא,	ܦܩܝܕ ܐܢܐ
		פְּקִידָאנָא,	ܦܩܝܕܐ ܐܢܐ

Participium plur. cum Pronomine plur.

3. *pers.*	*m.*	פְּקִידִין הִמּוֹן,	ܦܩܝܕܝܢ ܗܢܘܢ
	f.	פְּקִידָן הִנֵּין,	ܦܩܝܕܢ ܗܢܝܢ
2.	*m.*	פְּקִידִיתוּן,	ܦܩܝܕܝܢܬܘܢ
	f.	פְּקִידָתֵן,	ܦܩܝܕܢܬܝܢ
1.	*c.*	פְּקִידִינָן,	ܦܩܝܕܝܢܢ
		פְּקִידָנָן	

c. *Participum passivum cum Praeteriti Adformantibus.*

				פְּקִיד
3.	*pers.*	*sing.*	*f.*	פְּקִידַת
		plur.	*m.*	פְּקִידוּ
			f.	פְּקִידָא
2.	*pers.*	*sing.*	*c.*	פְּקִידְתְּ
		plur.	*m.*	פְּקִידְתּוּן
			f.	פְּקִידְתֵּן
1.	*pers.*	*sing.*	*c.*	פְּקִידֵת
		plur.		פְּקִידְנָא

Quaest.

Quaenam potissimum haec Participii passivi et flexionem et vim cum probare tum improbare videntur?

II.

Participii usus.

Quod jam ad utriusque Participii *usum* attinet: hic frequentissimus ac perquam varius est. Cum enim Imperativi, in primis vero Infinitivi, Praeteriti ac Futuri usus, tantopere, quemadmodum § 37, II. § 40, II. § 41, II. et § 42, II. vidimus, fluctuet, ut nunc hanc, nunc aliam vim habeat, mirum profecto non est *Par–*

ticipia quoque, quippe quae sua indole proprie uno Infinitivo quodammodo magis determinata, sua vero forma eo ipso simpliciora multiplicis ac varii *usus* esse posse. Hinc non tantum per se, modo proprie, sive sua vi occurrunt, modo longe alia, prouiti una sermonis cohaerentia, aut illam, aut hanc efflagitat, verum etiam saepissime, vel cum peculiari quadam Particula, vel cum Pronomine *personali*, vel cum Verbo *substantivo* הֲוָא, ܗܘܳܐ *fuit*, vel cum hujus Verbi vocula vicaria אִית, ܐܺܝܬ *est*, *sunt* et לֵית, ܠܰܝܬ *non est*, *non sunt*, (§ 82, 1.) constructa, ut ita vaga eorum ratio quodammodo determinetur: quodammodo, inquam. Nam, vel sic tamen revera etiam *Participiorum* non minus, quam Infinitivorum, Praeteritorum, Futurorum et Imperativorum vis semper e solo sermonis cursu pendere pergit; quemadmodum ipsa, quae adducturi sumus docebunt exempla.

Restat ergo nobis etiam nunc, ut dicta de hac postrema Conjugationis parte uno quoque alterove exemplo aliquantum plenius et illustremus et comprobemus.

1. Exprimit *Participium* proprie sic dictum, inprimis post Particulam ܟܰܕ prop. *dum* et כְּ: ut 1 Sam. 17, 7. נָטֵל, ܫܳܩܶܠ *ferens*, Jud. 3, 25. רְמֵי ܢܳܦܶܠ *prostratus*, Joan. 1, 36. *Et intuitus est Jesum* ܟܰܕ ܡܗܰܠܶܟ *ambulantem*, Act. 22, 5. *ut etiam*

illos adducerem ܟܕ ܐܣܝܪܝܢ *cinctos*. Marc. 2, 14. *et vidit Levin* ܕܝܬܒ *sedentem*, Cap. 11, 2. *invenietis asellum* ܕܐܣܝܪ *alligatum*.

Quaest.

Cum quanam sermonis Arabici Particula hae Particulae comparari possunt, et undenam utriusque Particulae usus repetendus?

2. Exprimunt nunc hanc, nunc aliam Verbi *finiti* partem, ipsum etiam subinde Latinorum et *Infinitivum* et alterutrius Participii *Futurum*, maxime, quando, ut modo monuimus, dicto proposito cum Pronomine *personali*, cum Verbo *substantivo*, cum memorata hujus Verbi Particula vicaria, cum alio Verbo *finito*, vel denique cum varii generis Particulis hasce Conjugationis Latinae partes, non *Participium*, nec *praesens*, nec *praeteritum* postulantibus constructa. Ita v. c. Ps. 3, 2. אָמְרִין, ܐܡܪܝܢ est *dicunt*, Gen. 32, 11. דָּחֵיל אֲנָא, ܕܚܝܠ ܐܢܐ *timeo*, Exod. 15, 14. הֲווֹ יָתְבִין *habitant*, Jud. 6, 36. אִם אִיתָךְ פָּרִיק *si liberas*, sive *si liberaveris*, sed Syrus eadem vi ܐܢ ܗܘ ܕܦܪܩ ܐܢܬ prop. *si ipse servans tu*, Apoc.

4, 11. ܫܘܐ ܐܢܬ ܡܪܢ *dignus es*, Exod. 8, 21. אֲרֵי אִם לֵיתָךְ מְשַׁלַּח *quodsi non dimittis*, sive *quodsi non dimiseris*, quod eadem vi, sed plenius vers. 2. אִם מְסָרֵב אַתְּ לְשַׁלָּחָא *si non vis*, sive *si nolueris dimittere* expressit, quemadmodum utroque vers. Syr. ܐܢ ܠܐ ܐܢܬ ܨܒܐ ܠܡܫܕܪܘ prop. *si non volens tu dimittere*; Dan. 7, 10. נָפֵק, ܢܦܩ *egrediebatur*, Gen. 41, 17. אֲנָא קָאֵם, ܩܐܡ ܐܢܐ *stabam*, Dan. 2, 31. חָזֵה הֲוַיְתָ, ܚܙܐ ܗܘܝܬ *videbas*, Jos. 6, 1. לֵית דְּנָפֵק, ܠܐ ܗܘܐ ܕܢܦܩ *non erat, qui egrederetur*; Dan. 2, 7. אָמְרִין, ܐܡܪܝܢ *dixerunt*; Gen. 19, 13. מְחַבְּלִין אֲנַחְנָא, ܡܚܒܠܝܢܢ *perdemus*; Luc. 10, 37. ܗܘܝܬ ܥܒܕ *fac*; Gen. 42, 23. *Nesciebant* אֲרֵי שָׁמַע, ܕܫܡܥ *id intelligere*, sive *intellexisse Josephum*; Deut. 1, 5. שָׁרֵי פָּרֵשׁ, ܫܪܝ ܡܦܫܩ *instituit explicare*; Gen. 15, 14. דָּאֵן אֲנָא, ܕܐܢ ܐܢܐ *judicaturus sum*, Ps. 76, 8. דְּחִיל אַתְּ, ܕܚܝܠ ܐܢܬ *metuendus es*.

3. Exprimunt *Adverbium*, cum ante *Participium* ejusdem generis et numeri, tum ante *Infinitivum* ita ut et posterius *Participium* et *Infinitivus* fiat Verbum *finitum:* ut v. c. 2 Sam. 3, 1. אָזְלִין מָאְכִין, ܐܳܙܠܺܝܢ ܘܡܬܡܟܟܝܢ *magis magisque decrescebant* prop. *euntes et attenuantes*, Ps. 78, 38. מַסְגֵּי לְמֶתַב, ܣܓܝܐ ܠܡܗܦܟܘ *multum*, sive *saepe ab ira sua recessit.*

4. Exprimunt *Ablativum absolutum:* ut v. c 1 Sam. 2, 13. גְּבַר דָּנְכֵס, ܓܒܪܐ ܕܕܒܚ viro *sacrificante.* Usurpatur *eo quod fieri solet* § 41, II, 3.

5. *Participium passivum Peïl* עֲתִיד, ܥܬܝܕ *paratus*, *futurus* post se habens ל, ܠ, cum Infinitivo, vel ל cum Futuro constituit Futuri *periphrasin.* Ita v. c. Cant. 8, 5. עֲתִיד לְאִתְבַּזְעָא est *ut scindatur* prop. *futurus ad scindendum*, עֲתִידִין לְמִפַּק *egressuri sunt* prop. *futuri ad egrediendum*, Matth. 11, 14. ܕܥܬܝܕ ܠܡܐܬܐ *qui venturus est*, Cap. 16, 21. ܕܥܬܝܕ ܗܘܐ ܕܢܐܙܠ *profecturus* prop. *quod futurum esset, ut iret.* Conf. § 37, II. § 40, II. § 41, II.

6. Denique Participia, ut in Hebraico et Arabico

sermone, sive Participii stricte ita dicti, sive Verbi hujus illiusve *finiti*, sive Nominis vi usurpata, modo Verbi sui casum qualemcumque regunt, modo ut Nomina, quae vocantur *regentia* Genitivum post se habent: ut 1 Sam. 17, 7. נָטֵל תְּרִיסָא, ܫܩܠ ܬܪܣܐ *ferens scutum*, Jos. 3, 3. נָטְלִין יָתַהּ, ܫܩܠܝܢ ܠܗ *ferentes eam*, Gen. 34, 24. נָפְקֵי תְרַע, ܢܦܩܝܢ ܠܬܪܥܐ *egredientes portam*, Prov. 1, 12. נָחְתֵי גוּבָּא, ܢܚܬܝ ܓܘܒܐ *descendentes in foveam.* De Participiis cum Genetivo varia ratione Latine explicando constructis vid. § 70, I. 2. Conf. §. 92.

§ 44.

UNA EADEMQUE CONJUGATIONIS PER OMNIUM VERBORUM SPECIES AC GENERA, SEU FORMAS, RATIO.

Quandoquidem scilicet, ut Species *primitiva*, ita Species *derivatae* omnes, omnia etiam Verba, tam *perfecta* et *regularia*, quam *imperfecta* et *irregularia* pari modo et formantur et flectuntur, intelligitur in Aramaeo, prorsus ut in Hebraico et Arabico sermone proprie unam eandemque tantummodo esse omnium et Specierum et Verborum Conjugationem, ac minime opus esse, pluribus porro Conjugationis

negotium, ratione habita ceterarum *derivatarum* Specierum, aut Verborum exponere. Verumtamen, quamvis res ita sese habeat, quamvis *characteristica* Specierum omnium forma ac vis simili prorsus ratione ad varios Modos, varia Tempora, ac varias Personas utriusque generi ac numeri referatur, et quamvis nulla Verba per qualemcumque etiam Speciem flexa ipsam germanam Conjugationis indolem immutent, tamen habent Species *derivatae*, habent *imperfecta* et *irregularia* Verba suas singula varii generis notas *characteristicas*, quibus externum unius hujus ejusdemque Conjugationis habitum quodammodo semper, et haud raro etiam iusigni modo alium reddere soleant.

Quae cum ita sint, hae in primis notae etiam nunc in hujus Partis II, capite primo describendae restant: Specierum quidem notae *characteristicae* hac in paragrapho, Verborum vero deinceps a § 47. usque § 61. inclusivum.

Quod ergo ad notas *characteristicas*, quibus Species *derivatae*, cum frequentioris, tum rarioris usus sese discernunt in externa Conjugationis forma a Specie *primitiva*, sive *Peal*, attinet: hae potissimum cernuntur in alia *Infinitivi* forma, in alia *affectione* vocali *terminali* propria, in *nulla*, vel in alia *vocali*, qua *Praeformantes* scribuntur, in *lineola*, quam media *radicalis* Imperativi *passivi* haud raro sibi subjectam habet, et denique in alia Participiorum *formatione*.

1. Quemadmodum apud Hebraeos Species *activae*

et *constructam* et *absolutam*, Species vero *passivae* unam tantum *absolutam* Infinitivi formam, et apud Arabes solae Species *activae* Infinitivum habent, ita apud Aramaeos haec Verbi pars non minus Speciebus *passivis*, quam *activis* propria est.

Apud Syros Infinitivus in qualibet Specie, cum *activa*, tum *passiva* incipit quidem a litera *servili* ܡܰ, ut in *Peal*, et finit semper exitu ܘܿ praecedente vocali *Secopho*, apud Chaldaeos vero extra *Peal* sibi non praepositam habet literam *servilem* מ, sed appositam terminationem אָ, subinde etiam ו ex וּת praecedente vocali terminali *Kamets* cum accentu tomico. Conf. § 47. coll. cum § 7, II, 3, c. Haec autem litera ܡܰ in *Paël* et *Schaphel* sine vocali, in *Aphel* cum vocali *Petocho*, alibi cum vocali *Rebozo* scribitur ob causam § 21, IV. II. 1, 2. traditam. Apud Chaldaeos tamen Infinitivus Speciei, cum *Paël* et *Aphel*, tum cujusvis Speciei *passivae* sibi subinde praepositam habet literam מ: ut Cant 1, 7 מְהַלָּכָא *ut vadat* prop. *ad abeundum*, Exod. 23, 2. לְמַבְאָשָׁא *ad malefaciendum*, Ps. 118, 9. מִתְרְחָצָא *confidere.*

Obs.

De adductis hisce aliusque generis formis Infinitivorum.

2. Praeteritum non, ut in *Peal* fieri solet (§ 40, I, 3.)

pro alia Verbi significatione aliam accipit vocalem *terminalem* sed retinet eandem. Et talis proin etiam, ut sponte intelligitur, est hujus vocalis ratio cum in Futuro (§ 41, I.) tum in Imperativo (§ 42, I, 3.) Praeterea in tribus hisce formis eadem vocalis *terminalis* esse solet. Conf. § 45. et § 46.

3. Nihilominus tamen, cum Praeteriti, tum Futuri vocalis *terminalis* ante unam alteramve Adformantem, modo *necessitatis*, modo *euphoniae* caussa, pro varia formarum indole, tollitur, substituto *Schevate*, modo *mobili*, modo *quescente* mutatoque hoc in casu *Schevate* primae *radicalis* in vocalem *brevem*. Vid. loca modo sub. n. 2. citata.

4. Literae *serviles*, Praeformativae ergo et Praeformantes sine vocali scribuntur, cum in *dagessatis*, *geminatis* et *introformativis*, quae vocantur Speciebus, tum in *Schaphel* aliisque Speciebus literam *servilem* primae *radicali*, vel non praepositam habentibus, vel eam praepositam non pellentibus: quia in his omnibus prima *radicalis*, vel praeposita litera *servilis* vocalem habet; cum vocali vero scribuntur in Specie *Aphel* et omnibus Speciebus *passivis*, quia *Aleph* litera *servilis* Speciei *Aphel* *characteristica* § 34, I, 3. ut etiam *Aleph* syllabae אֶת, quae est nota *passivarum* Specierum *charracteristica* (33, 2.) per contractionem elidi solet, ita ut ejus vocalem accipiant praemissae literae *serviles*, atque adeo eandem ob caussam ob quam utriusque hujus generis prae-

missae literae *serviles* apud Hebraeos in *Niphal*, *Hiphil*, *Hophal*, *Hithpaël* aliisque Speciebus cum pulsae literae *He* vocali scribuntur, quemadmodum apud Arabes litera *Aleph* una cum vocali post praepositam literam *servilem* pellitur. Post pulsam porro dicto modo literam א, ܐ Speciei *Aphel*, litera ת syllabae אֶת duplicatur et litera ܬ syllabae ܐܬ iteratur.

Ita v. c. est ܡܦܩܘ, יְפַקֵּד, ܢܦܩ, מְפַקֵּד,
ܡܦܩ, מְפַקֵּד, ܡܦܩ: ܡܫܦܩܘ, יְשַׁפְקֵד,
ܢܫܦܩ, מְשַׁפְקֵד, ܡܫܦܩ, מְשַׁפְקֵד, ܡܫܦܩ,
sed ܡܦܩܘ est pro ܡܐܦܩܘ, מַפְקֵד, ܡܦܩ
pro מַאַפְקֵד, ܡܐܦܩ, מַפְקַד, ܡܦܩ pro מְאַפְקַד,
ܡܐܦܩ, ܡܬܦܩܘ pro ܡܐܬܦܩܘ, יִתְפְּקֵד,
ܢܬܦܩ pro יְאִתְפְּקֵד, ܢܐܬܦܩ, מִתְפְּקֵד,
ܡܬܦܩ pro מְאִתְפְּקֵד, ܡܐܬܦܩ, ܡܬܦܩܘ,
pro ܡܐܬܦܩܘ, יִתְפַּקַּד, ܢܬܦܩ pro יְאִתְפַּקַּד,
ܢܐܬܦܩ, מִתְפַּקַּד, ܡܬܦܩ pro מְאִתְפַּקַּד,
ܡܐܬܦܩ, ܡܫܬܦܩܘ pro ܡܐܫܬܦܩܘ,
יִשְׁתַּפְקַד, ܢܫܬܦܩ pro יְאִשְׁתַּפְקַד, ܢܐܫܬܦܩ,

מְשַׁתְפְּקַד, ܡܶܫܬܰܦܩܰܕ p. מְאִשְׁתַּפְקַד, ܡܶܐܫܬܰܦܩܰܕ,
אִתְפְּקַדָא, ܐܶܬܦܰܩܕܘ ܐܶܬܦܰܩܰܕ pro אִתְאַפְּקַדָא,
ܐܶܬܦܰܩܰܕܘ, אִתְפְּקַד, ܐܶܬܦܰܩܰܕ pro אִתְאַפְּקַד,
ܢܶܬܦܰܩܰܕ, יִתְפְּקַד, ܢܶܬܦܰܩܰܕ pro יִתְאַפְּקַד,
ܡܶܬܦܰܩܰܕ, מִתְפְּקַד, ܡܶܬܦܰܩܰܕ pro מִתְאַפְּקַד,
ܡܶܬܦܰܩܰܕ. Conf. porro § 21, II. § 15.

Neutra tamen *characteristica* Speciei *Aphel* litera semper ita pellitur, sed utraque subinde servatur, praesertim apud Syros in Verbis *imperfectis*, quorum, vel prima *Nun*, vel secunda *radicalis* desideratur, uti etiam in Verbis tertia ܝ *quiescentibus*, et vero utriusque hujus literae vicaria litera *He*, quae, ut § 33, 2. et 34, I, 3. vidimus, haud semel imitatione Hebraeorum usurpatur, saepe servata invenitur. Ita v. c. Gen. 3, 18. אִתְאַפְרַשׁ *discrimen constitutum est* pro אִתְפְּרַשׁ ab אַפְרֵשׁ, Dan. 7, 24. יְהַשְׁפִּל *deprimet* pro יַשְׁפִּל, Esr. 6, 10. מְהַקְרְבִין *offerentes* pro מַקְרְבִין, Cap. 4, 13. תְהַנְזִק *afferes* pro תַנְזִק, Luc. 24, 25. ܠܡܗܰܝܡܳܢܽܘ *credere* pro ܠܡܰܗܝܡܳܢܽܘ, Marc. 11, 23. ܢܗܰܝܡܶܢ *credet* pro ܢܗܰܝܡܶܢ, Cap. 9, 23. ܡܗܰܝܡܶܢ *credens* pro ܡܗܰܝܡܶܢ, Gen. 42.

20. ܢܬܗܝܡܢܘܢ *credentur* pro ܢܬܬܝܡܢܘܢ ab ܐܬܗܝܡܢ pro ܐܬܬܝܡܢ ab ܗܝܡܢ pro ܐܝܡܢ a rad ܐܡܢ. Conf. § 49, 3. § 50, 4. § 54, 2. § 55, 4. § 58, I, 2. et 61.

5. Prouti Infinitivus, quemadmodum modo (n. 1.) vidimus, ita pariter Imperativus Specierum non tantum *activarum* more Hebraeorum et Arabum, verum etiam *passivarum* apud Aramaeos in usu est. Media *radicalis* cujusvis Imperativi *passivi*, ut a Praeterito distinguatur, loco vocalis *terminalis* haud raro habet sibi adscriptam *lineolam*. Vid § 46. coll. cum § 11, 4, b.

6. Ut apud Arabes nulla, et apud Hebraeos una prima, ita apud Aramaeos quaelibet Species *activa* duplex habet Participium, alterum *activum*, alterum *passivum*. Utrumque hocce Participium extra *Peal*, ut extra *Kal* et *Niphal* in Hebraico, et extra primam Speciem in Arabico sermone, incipit a *servili* litera *Mem* pari modo primae *radicali* praeposita, quo Praeformantes praeponuntur, Arabica vero litera *Mim* extra memoratam Speciem primam semper cum vocali *Dhamma*. Vid. sub n. 4. Specierum *activarum* Participia *passiva* a Participiis *activis* una vocali *terminali* distinguuntur, quemadmodum in *Peal* Participium *passivum* a Participio *activo* omni punctorum apparatu. Ut Participiis porro in *Kal* et *Piël*, ita Aramaeorum Participiis in *activis* omnibus vocalis *terminalis* E, subinde A, Par-

ticipiis vero extra *Peïl* et *Ethpeël*, in cunctis Speciebus *passivis*, ut apud Hebraeos in *Niphal*, *Pual* et *Hophal*, propria est vocalis A, quae, ut modo memorata vocalis et E et A ubique inter flectendum pellitur. Vid. porro § 45. § 46. coll. cum § 67. 68. 30, II, 3, 4. § 19. et 20, III.

Et haec quidem summatim est originalis et Speciei *primitivae* et *derivatarum* Specierum, cum frequentius, tum rarius, usitatarum et forma et significatio, uti etiam Verborum *perfectornm* ac *regularium* per hasce Species flexorum ratio, quam autem nostram de dicto argumento disputationem, qualemcunque tandem illam, Verborum etiam, quod vocatur Paradigmate et illustremus et comprobemus

§ 45.

CONJUGATIONIS PARADIGMA SPECIEI, CUM PRIMITIVAE ACTIVAE, TUM PRIMAE DERIVATAE PASSIVAE.

I.

Peal Speciei primitivae activae

Infinitivus

מִפְקַד   ܡܶܦܩܰܕ

Praeteritum

Sing.

fem.	*comm.*	*masc.*	*fem.*	*comm.*	*masc.*	
פִּקְדַת		פְּקַד	ܦܶܩܕܰܬ݂		ܦܩܰܕ	3.
	פְּקַדְתְּ			ܦܩܰܕܬܝ	ܦܩܰܕܬ	2.
	פִּקְדֵת			ܦܶܩܕܶܬ		1.

Plur.

fem.	*comm.*	*masc.*	*fem.*	*comm.*	*masc.*	
פְּקַדָא		פְּקַדוּ	ܦܩܰܕܝ		ܦܩܰܕܘ	3.
פְּקַדְתֵּן		פְּקַדְתּוּן	ܦܩܰܕܬܶܝܢ		ܦܩܰܕܬܽܘܢ	2.
	פְּקַדְנָא			ܦܩܰܕܢ		1.

Futurum

Sing.

fem	*comm.*	*masc.*	*fem.*	*comm.*	*masc.*	
תִּפְקֻד		יִפְקֻד	ܬܶܦܩܽܘܕ		ܢܶܦܩܽܘܕ	3.
תִּפְקְדִין		תִּפְקֻד	ܬܶܦܩܕܺܝܢ		ܬܶܦܩܽܘܕ	2.
	אֶפְקֻד			ܐܶܦܩܽܘܕ		1.

Plur.

fem.	*comm.*	*masc.*	*fem.*	*comm.*	*masc.*	
יִפְקְדָן		יִפְקְדוּן	ܢܶܦܩܕܳܢ		ܢܶܦܩܕܽܘܢ	3.
תִּפְקְדָן		תִּפְקְדוּן	ܬܶܦܩܕܳܢ		ܬܶܦܩܕܽܘܢ	2.
	נִפְקֻד			ܢܶܦܩܘܽܕ		1.

Imperativus

Sing.

fem.	*masc.*	*fem.*	*masc.*	
פְּקֻדִי	פְּקֻד	ܦܩܘܽܕܝ	ܦܩܘܽܕ	2.

Plur.

fem.	*masc.*	*fem.*	*masc.*	
פְּקֻדָנָא	פְּקֻדוּ	ܦܩܘܽܕܶܝܢ	ܦܩܘܽܕܘ	2.

Participium activum

Sing.

fem.	*masc.*	*fem.*	*masc.*
פָּקְדָא	פָּקֵד	ܦܳܩܕܳܐ	ܦܳܩܶܕ

Plur.

fem.	*masc.*	*fem.*	*masc.*
פָּקְדָן	פָּקְדִין	ܦܳܩܕܳܢ	ܦܳܩܕܺܝܢ

Participium passivum

Sing.

fem.	*masc.*	*fem.*	*masc.*
פְּקִידָא	פְּקִיד	ܦܩܝܕܐ	ܦܩܝܕ

Plur.

fem.	*masc.*	*fem.*	*masc.*
פְּקִידָן	פְּקִידִין	ܦܩܝܕܢ	ܦܩܝܕܝܢ

II.

Ithpeël, sive *Ethpeël primae Speciei derivatae passivae*

Infinitivus

אִתְפְּקָדָא ܡܬܦܩܕܘ

Praeteritum

Sing.

fem.	*comm.*	*masc.*	*fem.*	*comm.*	*masc.*	
אִתְפְּקֵדַת		אִתְפְּקֵד	ܐܬܦܩܕܬ		ܐܬܦܩܕ	3.
	אִתְפְּקֵדְתְּ		ܐܬܦܩܕܬܝ		ܐܬܦܩܕܬ	2.
	אִתְפְּקֵדֵת			ܐܬܦܩܕܬ		1.

Plur.

fem.	*comm.*	*masc.*	*fem.*	*comm.*	*masc.*	
אִתְפְּקִדָא		אִתְפְּקִדוּ	ܐܬܦܩܕܝ̈		ܐܬܦܩܕܘ	3.
אִתְפְּקַדְתֵּן		אִתְפְּקַדְתּוּן	ܐܬܦܩܕܬܝܢ		ܐܬܦܩܕܬܘܢ	2.
	אִתְפְּקִדְנָא			ܐܬܦܩܕܢ̈		1.

Futurum

Sing.

fem.	*comm.*	*masc.*	*fem.*	*comm.*	*masc.*	
תִּתְפְּקֵד		יִתְפְּקֵד	ܬܬܦܩܕ		ܢܬܦܩܕ	3.
תִּתְפַּקְדִין		תִּתְפְּקֵד	ܬܬܦܩܕܝܢ		ܬܬܦܩܕ	2.
	אֶתְפְּקֵד			ܐܬܦܩܕ		1.

Plur.

fem.	*comm.*	*masc.*	*fem.*	*comm.*	*masc.*	
יִתְפַּקְדָן		יִתְפַּקְדוּן	ܢܬܦܩܕܢ		ܢܬܦܩܕܘܢ	3.
תִּתְפַּקְדָן		תִּתְפַּקְדוּן	ܬܬܦܩܕܢ		ܬܬܦܩܕܘܢ	2.
	נִתְפְּקֵד			ܢܬܦܩܕ		1.

Imperativus

Sing.

fem.	*masc.*	*fem.*	*masc.*	
אִתְפַּקְדִי	אִתְפְּקֵד	ܐܬܦܩܕܝ	ܐܬܦܩܕ	2.

Plur.

	fem.	*masc.*	*fem.*	*masc.*
	אִתְפְּקִדָנָא	אִתְפְּקִדוּ	ܐܶܬ݂ܦܰܩܕܶܝܢ	ܐܶܬ݂ܦܰܩܕܘ	2.

Participium

Sing.

fem.	*masc.*	*fem.*	*masc.*
מִתְפַּקְדָא	מִתְפְּקֵד	ܡܶܬ݂ܦܰܩܕܳܐ	ܡܶܬ݂ܦܰܩܰܕ

Plur.

fem.	*masc.*	*fem.*	*masc.*
מִתְפַּקְדָן	מִתְפַּקְדִין	ܡܶܬ݂ܦܰܩܕܳܢ	ܡܶܬ݂ܦܰܩܕܺܝܢ

§ 46.

CONJUGATIONIS PARADIGMA SPECIERUM DERIVATARUM, CUM FREQUENTIORIS, TUM ETIAM QUARUNDAM RARIORIS USUS.

I.

CONJUGATIONIS PARADIGMA SPECIERUM DERIVATARUM FREQUENTIORIS USUS.

1.

Paël Speciei activae

Infinitivus

פַּקָּדָא ܡܦܰܩܳܕܽܘ

Praeteritum

Sing.

fem.	*comm.*	*masc.*	*fem.*	*comm.*	*masc.*	
פִּקְדַת		פְּקַד	ܦܩܕܬ		ܦܩܕ	3.
	פְּקַדְתְּ		ܦܩܕܬܝ		ܦܩܕܬ	2.
	פִּקְדֵת			ܦܩܕܬ		1.

Plur.

fem.	*comm.*	*masc.*	*fem.*	*comm.*	*masc.*	
פְּקַדָא		פְּקַדוּ	ܦܩܕܝ		ܦܩܕܘ	3.
פְּקַדְתֵּן		פְּקַדְתּוּן	ܦܩܕܬܝܢ		ܦܩܕܬܘܢ	2.
	פְּקַדְנָא			ܦܩܕܢ		1.

Futurum

Sing.

fem.	*comm.*	*masc.*	*fem.*	*comm.*	*masc.*	
תִּפְקֵד		יִפְקֵד	ܬܦܩܕ		ܢܦܩܕ	3.
תִּפְקְדִין		תִּפְקֵד	ܬܦܩܕܝܢ		ܬܦܩܕ	2.
	אֶפְקֵד			ܐܦܩܕ		1.

Plur.

fem.	*comm.*	*masc.*	*fem.*	*comm.*	*masc.*	
יִפְקְדָן		יִפְקְדוּן	ܢܶܦܩܕܳܢ		ܢܶܦܩܕܽܘܢ	3.
תִּפְקְדָן		תִּפְקְדוּן	ܬܶܦܩܕܳܢ		ܬܶܦܩܕܽܘܢ	2.
	נִפְקֵד			ܢܶܦܩܽܘܕ		1.

Imperativus.

Sing.

fem.	*masc.*	*fem.*	*masc.*	
פְּקֻדִי	פְּקֻד	ܦܩܽܘܕܝ	ܦܩܽܘܕ	2.

Plur.

fem.	*masc.*	*fem.*	*masc.*	
פְּקֻדָנָא	פְּקֻדוּ	ܦܩܽܘܕܶܝܢ	ܦܩܽܘܕܘ	2.

Participium activum

Sing.

fem.	*masc.*	*fem.*	*masc.*
מְפַקְּדָא	מְפַקֵּד	ܡܦܰܩܕܳܐ	ܡܦܰܩܶܕ

Plur.

מְפַקְּדָן	מְפַקְּדִין	ܡܦܰܩܕܳܢ	ܡܦܰܩܕܺܝܢ

Participium passivum

Sing.

fem.	*masc.*	*fem.*	*masc.*
מְפַקְּדָא	מְפַקַּד	ܡܦܰܩܕܳܐ	ܡܦܰܩܰܕ

Plur.

fem.	*masc.*	*fem.*	*masc.*
מְפַקְּדָן	מְפַקְּדִין	ܡܦܰܩܕܳܢ	ܡܦܰܩܕܺܝܢ

2.

Jthpaäl, sive *Ethpaäl Speciei passivae*

Infinitivus

אִתְפַּקָּדָא	ܡܶܬܦܰܩܳܕܽܘ

Praeteritum

Sing.

fem.	*comm.*	*masc.*	*fem.*	*comm.*	*masc.*	
אִתְפַּקְּדַת		אִתְפַּקַּד	ܐܶܬܦܰܩܕܰܬ		ܐܶܬܦܰܩܰܕ	3.
	אִתְפַּקַּדְתְּ		ܐܶܬܦܰܩܰܕܬܝ		ܐܶܬܦܰܩܰܕܬ	2.
	אִתְפַּקְּדֵת			ܐܶܬܦܰܩܕܶܬ		1.

Plur.

fem.	*comm.*	*masc.*	*fem.*	*comm.*	*masc.*	
אִתְפַּקְּדָא		אִתְפַּקְּדוּ	ܐܬܦܩܕܝ		ܐܬܦܩܕܘ	3.
אִתְפַּקַּדְתֵּן		אִתְפַּקַּדְתּוּן	ܐܬܦܩܕܬܝܢ		ܐܬܦܩܕܬܘܢ	2.
	אִתְפַּקַּדְנָא			ܐܬܦܩܕܢ		1.

Futurum

Sing.

fem.	*comm.*	*masc.*	*fem.*	*comm.*	*masc.*	
תִּתְפַּקַּד		יִתְפַּקַּד	ܬܬܦܩܕ		ܢܬܦܩܕ	3.
תִּתְפַּקְּדִין		תִּתְפַּקַּד	ܬܬܦܩܕܝܢ		ܬܬܦܩܕ	2.
	אֶתְפַּקַּד			ܐܬܦܩܕ		1.

Plur.

fem.	*comm.*	*masc.*	*fem.*	*comm.*	*masc.*	
יִתְפַּקְּדָן		יִתְפַּקְּדוּן	ܢܬܦܩܕܢ		ܢܬܦܩܕܘܢ	3.
תִּתְפַּקְּדָן		תִּתְפַּקְּדוּן	ܬܬܦܩܕܢ		ܬܬܦܩܕܘܢ	2.
	נִתְפַּקַּד			ܢܬܦܩܕ		1.

Imperativus

Sing.

fem.	*masc.*	*fem.*	*masc.*	
אִתְפַּקַּדִי	אִתְפַּקַּד	ܐܬܦܩܕܝ	ܐܬܦܩܕ	2.

Plur.

fem.	masc.	fem.	masc.	
אִתְפַּקְדָנָא	אִתְפַּקְדוּ	ܐܶܬ݂ܦܰܩܕ̈ܶܝܢ	ܐܶܬ݂ܦܰܩܕܘ	2.

Participium

Sing.

fem.	masc.	fem.	masc.
מִתְפַּקְדָא	מִתְפַּקַד	ܡܶܬ݂ܦܰܩܕܳܐ	ܡܶܬ݂ܦܰܩܰܕ

Plur.

fem.	masc.	fem.	masc.
מִתְפַּקְדָן	מִתְפַּקְדִין	ܡܶܬ݂ܦܰܩܕ̈ܳܢ	ܡܶܬ݂ܦܰܩܕܺܝܢ

3.

Aphel Speciei activae

Infinitivus

אַפְקָדָא	ܡܰܦܩܳܕܽܘ

Praeteritum

Sing.

fem.	comm.	masc.	fem.	comm.	masc.	
אַפְקְדַת		אַפְקֵד	ܐܰܦܩܕܰܬ݂		ܐܰܦܩܶܕ	3.
	אַפְקֵדְתְּ		ܐܰܦܩܶܕܬ݁ܝ		ܐܰܦܩܶܕܬ݁	2.
	אַפְקְדֵית				ܐܰܦܩܕܶܬ݂	1.

Plur.

fem.	*comm.*	*masc.*	*fem.*	*comm.*	*masc.*	
אַפְקֶדָא		אַפְקֶדוּ	ܐܰܦܩܶܕܝ		ܐܰܦܩܶܕܘ	3.
אַפְקֶדְתֶּן		אַפְקֶדְתּוּן	ܐܰܦܩܶܕܬܶܝܢ		ܐܰܦܩܶܕܬܽܘܢ	2.
	אַפְקֶדְנָא			ܐܰܦܩܶܕܢ		1.

Futurum

Sing.

fem.	*comm.*	*masc.*	*fem.*	*comm.*	*masc.*	
תַּפְקֵד		יַפְקֵד	ܬܰܦܩܶܕ		ܢܰܦܩܶܕ	3.
תַּפְקְדִין		תַּפְקֵד	ܬܰܦܩܕܺܝܢ		ܬܰܦܩܶܕ	2.
	אַפְקֵד			ܐܰܦܩܶܕ		1.

Plur.

fem.	*comm.*	*masc.*	*fem.*	*comm.*	*masc.*	
יַפְקְדָן		יַפְקְדוּן	ܢܰܦܩܕܳܢ		ܢܰܦܩܕܽܘܢ	3.
תַּפְקְדָן		תַּפְקְדוּן	ܬܰܦܩܕܳܢ		ܬܰܦܩܕܽܘܢ	2.
	נַפְקֵד			ܢܰܦܩܶܕ		1.

Imperativus

Sing.

fem.	*masc.*	*fem.*	*masc.*	
אפקדי	אפקד	ܐܦܩܕܝ	ܐܦܩܕ	2.

Plur.

fem.	*masc.*	*fem.*	*masc.*	
אפקדנא	אפקדו	ܐܦܩܕܝܢ	ܐܦܩܕܘ	2.

Participium activum

Sing.

fem.	*masc.*	*fem.*	*masc.*
מפקדא	מפקד	ܡܦܩܕܐ	ܡܦܩܕ

Plur.

fem.	*masc.*	*fem.*	*masc.*
מפקדן	מפקדין	ܡܦܩܕܢ	ܡܦܩܕܝܢ

Participium passivum

Sing.

fem.	*masc.*	*fem.*	*masc.*
מפקדא	מפקד	ܡܦܩܕܐ	ܡܦܩܕ

Plur.

fem.	*masc.*	*fem.*	*masc.*
מפקדן	מפקדין	ܡܦܩܕܢ	ܡܦܩܕܝܢ

II.

CONJUGATIONIS PARADIGMA QUARUNDAM SPECIERUM DERIVATARUM RARIORIS USUS.

1.

Ittaphal, sive *Ethtaphal Speciei passivae*

Infinitivus

אִתַּפְקָדָא — ܡܶܬܬܰܦܩܳܕܽܘ

Praeteritum

Sing.

fem.	comm.	masc.	fem.	comm.	masc.	
אִתַּפְקְדַת		אִתַּפְקַד	ܐܶܬܬܰܦܩܕܰܬ		ܐܶܬܬܰܦܩܰܕ	3.
	אִתַּפְקַדְתְּ		ܐܶܬܬܰܦܩܰܕܬܝ		ܐܶܬܬܰܦܩܰܕܬ	2.
	אִתַּפְקְדֵת			ܐܶܬܬܰܦܩܕܶܬ		1.

Plur.

fem.	comm.	masc.	fem.	comm.	masc.	
אִתַּפְקַדָא		אִתַּפְקַדוּ	ܐܶܬܬܰܦܩܰܕܝ		ܐܶܬܬܰܦܩܰܕܘ	3.
אִתַּפְקַדְתֵּן		אִתַּפְקַדְתּוּן	ܐܶܬܬܰܦܩܰܕܬܶܝܢ		ܐܶܬܬܰܦܩܰܕܬܽܘܢ	2.
	אִתַּפְקַדְנָא			ܐܶܬܬܰܦܩܰܕܢ		1.

Futurum

Sing.

fem.	*comm.*	*masc.*	*fem.*	*comm.*	*masc.*	
תִּתְפְּקֵד		יִתְפְּקֵד	ܬܶܬ݂ܦ݁ܩܶܕ		ܢܶܬ݂ܦ݁ܩܶܕ	3.
תִּתְפְּקְדִין		תִּתְפְּקֵד	ܬܶܬ݂ܦ݁ܩܕܺܝܢ		ܬܶܬ݂ܦ݁ܩܶܕ	2.
	אֶתְפְּקֵד			ܐܶܬ݂ܦ݁ܩܶܕ		1.

Plur.

fem.	*comm.*	*masc.*	*fem.*	*comm.*	*masc.*	
יִתְפְּקְדָן		יִתְפְּקְדוּן	ܢܶܬ݂ܦ݁ܩܕܳܢ		ܢܶܬ݂ܦ݁ܩܕܽܘܢ	3.
תִּתְפְּקְדָן		תִּתְפְּקְדוּן	ܬܶܬ݂ܦ݁ܩܕܳܢ		ܬܶܬ݂ܦ݁ܩܕܽܘܢ	2.
	נִתְפְּקֵד			ܢܶܬ݂ܦ݁ܩܶܕ		1.

Imperativus

Sing.

fem.	*masc.*	*fem.*	*masc.*	
אִתְפְּקַדִי	אִתְפְּקֵד	ܐܶܬ݂ܦ݁ܰܩܰܕܝ	ܐܶܬ݂ܦ݁ܰܩܰܕ	2.

Plur.

fem.	*masc.*	*fem.*	*masc.*	
אִתְפְּקַדְנָא	אִתְפְּקַדוּ	ܐܶܬ݂ܦ݁ܰܩܰܕܶܝܢ	ܐܶܬ݂ܦ݁ܰܩܰܕܘ	2.

Participium

Sing.

fem.	masc.	fem.	masc.
מִתְפַּקְדָא	מִתְפַּקַד	ܡܶܬ݂ܦܰܩܕ݂ܳܐ	ܡܶܬ݂ܦܰܩܰܕ݂

Plur.

fem.	masc.	fem.	masc.
מִתְפַּקְדָן	מִתְפַּקְדִין	ܡܶܬ݂ܦܰܩܕ݂ܳܢ	ܡܶܬ݂ܦܰܩܕ݂ܺܝܢ

2.

Schaphel Speciei activae

Infinitivus

שַׁפְקָדָא ܡܫܰܦܩܳܕ݂ܽܘ

Praeteritum

Sing.

fem.	comm.	masc.	fem.	comm.	masc.	
שַׁפְקְדַת		שַׁפְקֵד	ܫܰܦܩܕ݂ܰܬ݂		ܫܰܦܩܶܕ݂	3.
	שַׁפְקֵדְתְּ		ܫܰܦܩܶܕ݂ܬ݁ܝ		ܫܰܦܩܶܕ݂ܬ݁	2.
	שַׁפְקְדֵת			ܫܰܦܩܕ݂ܶܬ݂		1.

Plur.

fem.	*comm.*	*masc.*	*fem.*	*comm.*	*masc.*	
שַׁפְקִדָא		שַׁפְקִדוּ	ܫܰܦܩܶܕܝ		ܫܰܦܩܶܕܘ	3.
שַׁפְקִדְתֵּן		שַׁפְקִדְתּוּן	ܫܰܦܩܶܕܬܶܝܢ		ܫܰܦܩܶܕܬܽܘܢ	2.
	שַׁפְקִדְנָא			ܫܰܦܩܶܕܢ		1.

Futurum

Sing.

fem.	*comm.*	*masc.*	*fem.*	*comm.*	*masc.*	
תְּשַׁפְקֵד		יְשַׁפְקֵד	ܬܫܰܦܩܶܕ		ܢܫܰܦܩܶܕ	3.
תְּשַׁפְקְדִין		תְּשַׁפְקֵד	ܬܫܰܦܩܕܝܢ		ܬܫܰܦܩܶܕ	2.
	אֲשַׁפְקֵד			ܐܫܰܦܩܶܕ		1.

Plur.

fem.	*comm.*	*masc.*	*fem.*	*comm.*	*masc.*	
יְשַׁפְקְדָן		יְשַׁפְקְדוּן	ܢܫܰܦܩܕܳܢ		ܢܫܰܦܩܕܽܘܢ	3.
תְּשַׁפְקְדָן		תְּשַׁפְקְדוּן	ܬܫܰܦܩܕܳܢ		ܬܫܰܦܩܕܽܘܢ	2.
	נְשַׁפְקֵד			ܢܫܰܦܩܶܕ		1.

Imperativus

Sing.

fem.	*masc.*	*fem.*	*masc.*	
שַׁפְקֵדִי	שַׁפְקֵד	ܫܰܦܩܶܕܝ	ܫܰܦܩܶܕ	2.

Plur.

fem.	*masc.*	*fem.*	*masc.*	
שַׁפְקֵדְנָא	שַׁפְקֵדוּ	ܫܰܦܩܶܕܶܝܢ	ܫܰܦܩܶܕܘ	2.

Participium activum

Sing.

fem.	*masc.*	*fem.*	*masc.*
מְשַׁפְקְדָא	מְשַׁפְקֵד	ܡܫܰܦܩܕܳܐ	ܡܫܰܦܩܶܕ

Plur.

fem.	*masc.*	*fem.*	*masc.*
מְשַׁפְקְדָן	מְשַׁפְקְדִין	ܡܫܰܦܩܕܳܢ	ܡܫܰܦܩܕܺܝܢ

Participium passivum

Sing.

fem.	*masc.*	*fem.*	*masc.*
מְשַׁפְקְדָא	מְשַׁפְקַד	ܡܫܰܦܩܕܳܐ	ܡܫܰܦܩܰܕ

Plur.

fem.	*masc.*	*fem.*	*masc.*
מְשַׁפְקְדָן	מְשַׁפְקְדִין	ܡܫܦܩܕܢ	ܡܫܦܩܕܝܢ

3.

Jschtaphal, sive ***Eschtaphal*** *Speciei passivae*

Infinitivus

אִשְׁתַּפְקָדָא	ܡܫܬܦܩܕܘ

Praeteritum

Sing.

fem.	*comm.*	*masc.*	*fem.*	*comm.*	*masc.*	
אִשְׁתַּפְקְדַת		אִשְׁתַּפְקַד	ܐܫܬܦܩܕܬ		ܐܫܬܦܩܕ	3.
	אִשְׁתַּפְקַדְתְּ		ܐܫܬܦܩܕܬܝ		ܐܫܬܦܩܕܬ	2.
	אִשְׁתַּפְקְדֵת			ܐܫܬܦܩܕܬ		1.

Plur.

fem.	*comm.*	*masc.*	*fem.*	*comm.*	*masc.*	
אִשְׁתַּפְקְדָא		אִשְׁתַּפְקְדוּ	ܐܫܬܦܩܕܝ		ܐܫܬܦܩܕܘ	3.
אִשְׁתַּפְקַדְתֵּן		אִשְׁתַּפְקַדְתּוּן	ܐܫܬܦܩܕܬܝܢ		ܐܫܬܦܩܕܬܘܢ	2.
	אִשְׁתַּפְקַדְנָא			ܐܫܬܦܩܕܢ		1.

Futurum

Sing.

	fem.	*comm.*	*masc.*	*fem.*	*comm.*	*masc.*
	תִּשְׁתַּפְקַד		יִשְׁתַּפְקַד	ܬܶܫܬܰܦܩܰܕ		ܢܶܫܬܰܦܩܰܕ	3.
	תִּשְׁתַּפְקְדִין		תִּשְׁתַּפְקַד	ܬܶܫܬܰܦܩܕܺܝܢ		ܬܶܫܬܰܦܩܰܕ	2.
		אֶשְׁתַּפְקַד			ܐܶܫܬܰܦܩܰܕ		1.

Plur.

fem.	*comm.*	*masc.*	*fem.*	*comm.*	*masc.*	
יִשְׁתַּפְקְדָן		יִשְׁתַּפְקְדוּן	ܢܶܫܬܰܦܩܕܳܢ		ܢܶܫܬܰܦܩܕܽܘܢ	3.
תִּשְׁתַּפְקְדָן		תִּשְׁתַּפְקְדוּן	ܬܶܫܬܰܦܩܕܳܢ		ܬܶܫܬܰܦܩܕܽܘܢ	2.
	נִשְׁתַּפְקַד			ܢܶܫܬܰܦܩܰܕ		1.

Imperativus

Sing.

fem.	*masc.*	*fem.*	*masc.*	
אִשְׁתַּפְקְדִי	אִשְׁתַּפְקַד	ܐܶܫܬܰܦܩܰܕܝ	ܐܶܫܬܰܦܩܰܕ	2.

Plur.

fem.	*masc.*	*fem.*	*masc.*	
אִשְׁתַּפְקְדָא	אִשְׁתַּפְקְדוּ	ܐܶܫܬܰܦܩܰܕܶܝܢ	ܐܶܫܬܰܦܩܰܕܘ	2.

Participium

Sing.

fem.	*masc.*	*fem.*	*masc.*
משתפקדא	משתפקד	ܡܫܬܦܩܕܐ	ܡܫܬܦܩܕ

Plur.

fem.	*masc.*	*fem.*	*masc.*
משתפקדן	משתפקדין	ܡܫܬܦܩܕܢ	ܡܫܬܦܩܕܝܢ

§ 47.

VERBA IMPERFECTA ET IRREGULARIA.

Et nunc quidem accedimus ad Verba *inperfecta* et *irregularia* describenda, alia brevius, fusius alia. Scilicet mixime generalis Verborum divisio, quam nos nostram fecimus, ea est, qua, ut supra significavimus, dividuntur, partim in Verba *perfecta* et *regularia*, partim in *imperfecta* et *irregularia*.

Quae hactenus hoc in capite disputavimus, spectarunt tantummodo *generales* omnium, non modo *perfectorum* et *regularium*, verum etiam *imperfectorum* et *irregularium* Verborum affectiones, positas eas in quatuor maxime rerum capitibus, in hujus capitis exordio citatis, iisque etiam deinceps, sed exemplis Verborum potissimum *perfectorum* et *regularium* illustratis. Itaque *peculiares* Verborum et *imperfectorum* et *irregu-*

larium proprietates, posteriore loco nobis etiam nunc describendae sunt: idque quidem, ut modo diximus, partim brevius partim fusius.

Et hae quidem proprietates, quibus Verba *imperfecta* et *irregularia* sese a Verbis *perfectis* et *regularibus* in forma cum *simplici*, sive nondum ullo modo flexa, tum *aucta*, sive nunc hac, nunc alia litera syllabave flexa, distinquunt, summatim quinque sunt eaeque positae: partim in levi punctorum *mutatione*, partim in vocalis proprie non usurpandae *usu*, partim in suppressa aliquando et mutata literae *pronuntiatione*, partim in nonnullis Verbis *quatuor* literarum, et partim denique in literarum, vel *defectu*, vel *quiete*.

Interim quatenus hae affectiones non spectant literarum, aut *defectum*, aut *quietem*; vix ulla disputatione egent, certe non longa ea; neque etiam propterea opus est hasce apposito Paradigmate per totum Conjugationis ambitum ob oculos ponere, idque quidem eo minus, propterea quod de nonnullis harum affectionum jam egimus locis mox citandis. Quamobrem continuo, posteaquam paucis commemoratas Verborum *irregularium* hac in paragrapho significaverimus proprietates, de literarum in Verbis et *defectu* et *quiete* agemus.

1 Verba *perfecta* in certis quibusdum casibus plerumque quodammodo fiunt *irregularia* propter literam v. c. *gutturalem*, propter primam *radicalem* ܢ, vel ܐ, propter ܗ in Verbo ܝܗܒ, *dedit*, propter ܐ in Verbo

ܐܙܠ *abiit*, propter ܙ in Verbo ܦܓܥ *occurrit*, propter literam *Tau* et syllabae אֶת et syllabae ܐܬ cum prima *radicis* litera *sibilante* transpositam, eamque etiam cum literis ד, ܕ et ט, ܛ permutantam, et denique propter literas inter pronuntiandum suppressas, aut contra receptam consuetudinem vel omissas, vel non omissas, vel etiam usurpatas.

De ipsis autem hisce casibus iisque proin etiam exemplis illustratatis vid § 17. VI, 1. 2. VII, 2. § 11, 4, c. § 20, I, 1. e. § 33, II 2. § 17, IV, 1. § 38, 6, a. § 44, 4. § 27. § 28.

2. Ad Verba *irregularia* hic breviter describenda pertinere quoque censemus, ut apud Hebraeos et Arabes, *quadrilitera* stricte sic dicta, sive Verborum formas cum flexas tum non flexas, quae quatuor suas semper literas *mobiles* easque omnes diversas ubique servant. Hujus generis Verba *irregularia* duarum proprie syllabarum Specie, modo ***Paël***, modo ***Ithpaël*** et ***Ethpeël*** tam formam, cum *simplicem*, tum *flexam*, quam significationem habere solet. — Ita v. c. גַּרְדֵּם *fregit*, אִתְגַּרְדֵּם *fractus est*, ܟܠܢܝ *solitarium fecit*, ܐܬܟܠܢܝ *solitarius factus est*.

Reliqua literarum punctorumque *irreguralitas* in solis *defectivis* ceterisque Verbis *imperfectis* locum habet.

Quaest. 1.

Quid de horum, uti etiam de Verborum plurium literarum origine sentiendum?

Quaest. 2.

Quid convenientiae, quid discrepantiae Verbis pluriliteris tenus Hebraicam uti etiam Arabicam inter et Aramaeam dialectum intercedit? Et unde haec cum conventia tum discrepantia repetenda videtur?

Quaest. 3.

Quomodo factum, ut diversarum opinionum inter grammaticos de Verbis pluriliteris exstiterit historia?

Et pauca haecce nunc quiden nobis de Verbis *irregularibus* sufficiant; quare ad disputationem de Verbis *imperfectis*, et continuo quidem de Verbis *defectivis*, pergamus.

§ 48.

VERBA DEFECTIVA.

Praeter duo praecipua Verborum *irregularium* genera, praecedenti paragrapho paucis indicata, totidem, quae habentur Verborum *Imperfectorum* genera hic a nobis describenda sunt. Horum prius continet Verba *defectiva*, posterius Verba *quiescentia*, vel prima, vel secunda, vel tertia *radicali.* Haec autem Verba multo

diutius nos tenebunt, utpote multo magis quam illa *irregularia.* Nam ipsarum literarum modo *defectu*, modo *quiete*, modo utraque hac ratione simul, et hinc majore etiam punctorum *diversitate* a Verbis *perfectis* ac *regularibus* aberrant.

Et in describendis quidem utriusque hujus generis Verbis proficisci solent grammatici ab iis, quae *defectu* literarum *imperfecta* et *irregularia* sunt: quam receptam consuetudinem nos quoque secuturi sumus, quippe non satis gravem videntes causam, cur ab ea discederemus. Pari quoque modo pronuntiandum censemus de Verborum *defectivorum* in tres classes divisione, uti etiam de eorum descriptione, quam plerique grammaticorum a Verbis *defectivis* prima *radicali* incipiunt.

De hisce, ut de omnibus Verbis *defectivis*, quatuor rerum capita potissimum tractanda sunt: quorum primum spectat casus in quibus, alterum casus in quibus non, tertium caussam, ob quam et quartum denique modum, quo deficiunt.

Quaest.

Quae tamen hanc disputandi methodum improbare videntur?

§ 49.

VERBA DEFECTIVA PRIMA RADICALI.

Excepta una litera *Lamed*, primae literae *radicales*

quae tanquam *mobiles* apud Hebraeos fere deficiunt, ubi propter Conjugationis formam, non cum *vocali*, sed cum *Schevate*, eoque vel *mobili* vel *quiescente* scribendae sunt, deficiunt quoque et eandem ob caussam et pari modo apud Aramaeos; sed, ut apud Arabes, multo rarius, maxime apud Syros.

I.

Verba defectiva prima radicali Nun, exemplo in primis Verbi נְפַק, ܢܦܰܩ *exiit, illustrata.*

1. *Nun*, non cum vocali syllabam inchoans, in uno subinde Imperativo Speciei *Peal* per *aphaeresin* deficit: ut פֻּק, ܦܽܘܩ, pro נְפֻק, ܢܦܽܘܩ.

2. Alibi haec deficiens litera claudit syllabam, ejusque defectus indicatur apud Chaldaeos per *Dagesch forte* secundae *radicali* impressum, apud Syros aliquando per *Cuschoi*. Conf. § 7, I. 1. II, 1, 2. et § 27, II. Hinc ita deficere potest et haud raro reapse deficit in Infinitivo ac Futuro Speciei *Peal:* ut מִפַּק, ܡܶܦܰܩ pro מִנְפַק, ܡܶܢܦܰܩ, יִפֻּק, ܢܶܦܽܘܩ pro יִנְפֻּק, ܢܶܢܦܽܘܩ; uti etiam

ubique in *Aphel* ejusque forma *passiva* cum *Ittaphal* tum *Ettaphal:* ut אַפָּקָא, ܡܦܩܘ pro אַנְפָּקָא, ܡܢܦܩܘ, אַפֵּק, ܐܦܩ pro אַנְפֵּק, ܐܢܦܩ, יַפֵּק, ܢܦܩ pro יַנְפֵּק, ܢܢܦܩ, אַפֵּק, ܐܦܩ pro אַנְפֵּק, ܐܢܦܩ, מַפֵּק, ܡܦܩ pro מַנְפֵּק, ܡܢܦܩ, מַפַּק, ܡܦܩ pro מַנְפַּק, ܡܢܦܩ; אִתַּפָּקָא, ܡܬܬܦܩܘ pro אִתְנַפָּקָא, ܡܬܬܢܦܩܘ, אִתַּפַּק, ܐܬܬܦܩ pro אִתְנַפַּק, ܐܬܬܢܦܩ, יִתַּפַּק, ܢܬܬܦܩ pro יִתְנַפַּק, ܢܬܬܢܦܩ, אִתַּפַּק, ܐܬܬܦܩ pro אִתְנַפַּק, ܐܬܬܢܦܩ, מִתַּפַּק, ܡܬܬܦܩ pro מִתְנַפַּק, ܡܬܬܢܦܩ. — In his duobus casibus litera *Nun* pelli solet, ita tamen ut subinde etiam servetur, sicut apud Hebraeos, etsi non ob easdem caussas omnes. Et ita etiam in Specie *Schaphel* ejusque forma *passiva* litera *Nun*, utpote syllabam ubique finiens, pari modo pellitur.

3. Quaedam horum Verborum in Futuro et Imperativo *Peal*, significatione tenus proprie cum vocali terminali *Kibbuts* et *Ezozo* scribenda, scribuntur cum vocali A. et contra quaedam proprie cum hac scriben-

da, scribuntur cum illa, quemadmodum hujusmodi vocalis *terminalis* varietas in Verbis etiam *perfectis* locum habere solet. Conf. § 41, I. § 42 I, 3. Maximi imprimis usus in hocce Verborum genere est vocalis terminalis *Petocho* vel *Rebozo*, cum qua Futurum Verbi ܢܬܠ *dedit*, et fere semper cum *Tseri* Futurum Verbi נְתַן item *dedit* apud Chaldaeos, ut Futurum et Imperativus ejusdem Verbi נָתַן apud Hebraeos scribi solet. — Speciei *Aphel* litera ܐ *characteristica* plerumque pelli solita (§ 34, I, 3.) subinde servata invenitur: ut v. c. Act. 23, 20. ܬܐܚܶܬ *deduces* pro forma vulgo usitatiore ܬܰܚܶܬ et haec pro ܬܰܢܚܶܬ e forma maxime originali ܬܐܢܚܶܬ a *rad.* ܢܚܶܬ, uti etiam litera ה *vicaria* literae א apud Chaldaeos: ut c. v. Job. 15, 13. תְהַנְפֵּק *profers* pro תְנַפֵּק. Conf. § 44, 4.

4. Haec autem Verba *Nun* primam *radicalem* non amittunt, atque adeo eatenus Verborum *perfectorum* rationem sequuntur in Praeterito, in utroque Participio Speciei *Peal*, in tota ejus forma *passiva*, in tota porro Specie *Paël* ejusque forma *passiva* pariter tota, in omnibus Verbis media *radicali* vel *defectivis* vel *quiescentibus:* paucis, ubi haec litera vocalem vel habet, vel inter flectendum accipere debet, aut etiam, ubi, extra Imperativum Speciei *Peal*, sine

vocali posita est ante literam cum vocali *characteristica* scriptam, ibi linguae ratio non permittit, ut deficiat. Neque etiam in iis ipsis formis omnibus, in quibus deficere et potest ac plerumque deficere solet, haec litera semper deficit, sed saepe servatur.

Obs. 1.

De Imperativo Speciei Peal.

Obs. 2.

De quibusdam horum Verborum formis dispari ratione a grammaticis explicitis.

Quaest.

Quamobrem Nun minus frequenter in sermone Aramaeo et maxime in Arabico quam in Hebraico pulsa invenitur?

II.

Verba defectiva prima radicali Vau et Jod, exemplis in primis Verborum יְלַד*,* ܝܠܕ *genuit et* יְדַע*,* ܝܕܥ *scivit, illustrata.*

1. Hae duae literae *radicales* non minus apud Aramaeos quam apud Hebraeos secum invicem confunduntur, et proin minime, quemadmodum plerumque apud Arabes, dispari sua in omni propemodum Verborum sede forma distinquuntur. Conf. § 16, 6.

2. In qualibet harum dialectorum plerumque *Vau*, rarissime vero *Jod*, est prima *radicalis* litera. Haec quidem apud Aramaeos, ut apud Hebraeos, in prima *radicum* sede apparet, sed apparet fere semper tanquam illius vicaria. Atque hinc repetendum, cur plerique grammaticorum Verba *quiescentia* prima *Vau* appellare soleant *quiescentia* prima *Jod*. E communi tamen grammaticorum sententia *Jod* est *radicalis* in יְנַק, ܝܢܩ *suxit:* cujus unum alterumve invenitur derivatum, et ita in paucissimis aliis exemplis *Jod* habetur litera *radicalis.*

3. *Jud* sive *radicalis*, sive vicaria literae *Vau* in syllabae initio propria non cum vocali scribenda cum vocali *Chebozo* scribitur (§ 21, II, 1, a.) quam ad praecedentem literam vocali destitutam transfert (§ 20, I.) atque in ea *quiescit*, ita tamen, ut pro hac subsidiaria vocali inter flectendum solita vocalis *Rebozo*, vel *Petocho* substituatur; uti etiam inter flectendum *Jod* pro *Schevate* suam vocalem *Chirek* vel *Patach* accipere solet: ut ܝܠܕ, (יְלֵד) *genuit* pro ܝܠܕ, ܘܠܕ, (יְלִיד) pro ܘܠܝܕ *genitus*, ܐܬܝܠܕ (אִתְיְלֵד sive אִתְיְלִיד) *natus est* pro ܐܬܘܠܕ et hoc pro ܐܬܝܠܕ, ܝܠܕܬ יִלְדַת *peperit*, ܝܠܕܬ, יִלְדֵת *peperi*, ܐܬܝܠܕܬ (אִתְיַלְדַת, sive אִתְיְלִידַת) *natus est*. *Jod* ergo in Praeterito et

Participio *passivo* Speciei *Peal*, uti etiam in tota Specie *Ithpeël* Verborum *perfectorum* rationem sequitur. Conf. § 45, 1, 2. et praeterea de *Ethpeël* vid. § 55, 1. In Participio porro *Peil* nonnunquam *Jud* sub se habet *Petocho:* ut v. c. Rom. 2, 18. ܝܰܠܝܦ *edoctus* pro ܝܠܝܦ a *rad.* ܝܠܦ i. q. ܐܠܦ *didicit*. Conf. § 43. — In uno denique Verbo ܝܰܗܒ *dedit* pro ܝܗܒ *Jud* accipit mediae *radicalis* vocalem, quoties ita scribitur, ut § 17, V. 3, a. indicatum est.

4. Ut *Nun*, ita utraque haec quoque litera, idque quidem in iisdem casibus, eandem ab caussam parique modo vel saepe, vel nunquam deficit: ut דַּע, ܕܰܥ pro יְדַע, ܝܕܰܥ *scito*, מַדַּע, ܡܰܕܰܥ pro מִידַע, ܡܝܕܰܥ *scire*, יִדַּע, ܢܶܕܰܥ pro יִידַע, ܢܺܐܕܰܥ *sciet*, אֲנִיחַ seu אַנַּח pro אֵינִיחַ *posuit* ab inusit יְנַח. Conf. n. 1, 2. Sed hae literae quamvis in utroque hoc casu aliquoties, ut apud Arabes et inprimis ut apud Hebraeos, deficiant; tamen, ubi syllabam finiunt, saepius, more etiam Hebraeorum et Arabum, aliam rationem sequi solent, quemadmodum (§ 55.) videbimus. Et quod ad vocalem *terminalem* attinet: haec in horum Verborum Praeterito Speciei *Peal* est inprimis *Rebozo*, *Patach*

vel *Chirek* cum *Jod*: ut יְקַד, ܝܺܩܶܕ *arsit*, יְתַב et יְתִיב, ܝܺܬܶܒ *sedit*. Et ita etiam vocalis *terminalis* in Speciei *Aphel* Praeterito, Futuro et Imperativo esse solet *Chirek* cum *Jod* scripta. Ita v. c. a יְקַף *circumivit* est אַקִיף, יַקִיף et אַקִיף. Conf. tamen § 17, VI. 1, 2.

§ 50.

VERBA DEFECTIVA SECUNDA RADICALI, EXEMPLO INPRIMIS VERBI בְּזַז, ܒܙ SPOLIAVIT, ILLUSTRATA.

Non minus regulariter apud Aramaeos quam apud Hebraeos et Arabes more receptum est, ut Verba hac paragrapho describenda, plerumque vario modo a Verbi *perfecti* ratione deflectant.

Scilicet illi, aeque ac hi, similium literarum concursum plerumque non nisi aegre admittunt, sed contra haud uno modo lubentur fere semper evitare solent, imo vero ubi hoc non possunt, ibi, quoad ejus fieri potest ac licet, minuunt quodammodo. Exinde ergo sponte hisce in dialectis exstitit hocce Verborum *defectivorum* genus, quod, ut facile hanc ipsam ob caussam perspicitur, nunquam per Species ***Palel*** et ***Pealal*** earumque formas *passivas*, utpote postulantes, ut una

eademque litera vel ter pronuntietur, vel quater iteretur, flectitur. Jam vero, cum hujus non minus quam Hebraicae et Arabicae linguae ratio modo permittat, ut hujusmodi literarum confluxus plane evitetur, vel certe aliquantum minuatur, modo postulet, ut maneat, et prossus intactus relinquatur; cumque porro media *radicalis* nunquam deficere queat, quin *originalis* nullius non Speciei forma plus minusque semper, subinde vero quam maxime obscuretur: intelligitur, cur grammatici huic quoque Verborum generi describendo in suis Insititutionibus insignem etiam locum dedicaverint, idque quidem eo magis, quia prima *radicalis* more quidem et Arabum et Hebraeorum, uti vidimus, et pellitur, et pulsa compensatur per *Dagesch forte;* media vero *radicalis* minime pari semper modo, sed dispari etiam illo, apud Hebraeos et Arabes partim raro obvio, partim penitus inusitato, cum pellitur, tum pulsa compensatur.

Et hisce quidem ita universe praemonitis, ipsam horum jam Verborum flexionem describamus accuratius.

1. Media *radicalis* in hoc Verborum genere plerumque deficere solet, ubi Conjugationis forma postulat, ut ea sine vocali *characteristica*, prima vero *radicalis* cum *Schevate* sive *mobili* sive *quiescente* scribatur. Solum Participium *activum* Speciei *P e a l*, maxime apud Syros, a generali horum Verborum ratione de-

flectit, quatenus in eo media *radicalis* desideratur post primam *radicalem* cum vocali *characteristica* scriptam. Quocirca media haec Verborum litera *radicalis* deficere tantummodo et potest et solet in Specie *Peal* tota, excepto Participio *Peïl*, in tota porro Specie cum *Aphel* tum *Schaphel*, uti etiam ubique in utriusque hujus Speciei formis *passivis*; sed in Participio *passivo* Speciei *Peal* ubique, ubique item in Specie *Paël* ejusque forma *passiva*, omninoque in nulla non Specie, in qua prima *radicalis* cum vocali scribenda est, media *radicalis* deficere non potest, atque adeo in formis hisce omnibus hoc Verborum genus, etsi haud raro *irregulare*, Verbi *perfecti* normam sequitur. Neque etiam media *radicalis* usquam pellitur, quoties aut prima, aut tertia *radicalis* vel pulsa, vel *quieta* tradita est.

Obs.

De irregulari forma, qua Participium Speciei Peal passivum aliquoties scriptum invenitur.

2. Ubi media *radicalis* deficit in simplicissima Verbi forma, nulla ratione aucta, ibi simpliciter fere ejus vocalis ad praecedentem literam *radicalem*, pulso *Schevate*, transfertur. Ita v. c. Imperativus in *Peal* est ܒܙ, ܟܣܢ pro ܒܙܙ, ܟܘܣܢ a *rad.* ܒܙ, ܟܢ pro ܒܙܙ,

ܟܳܢ. In uno autem Participio Speciei *Peal activo* apud Syros puncta non mutantur; sed pro deficiente media *radicali* substituitur ܐ, quae, tamen in flectione plerumque pelli solet: ut ܚܳܐܶܫ pro ܚܳܫܶܫ *patiens*, ܚܳܫܺܝܢ pro ܚܳܫܫܺܝܢ *patientes* a *rad.* ܚܰܫ pro ܚܫܰܫ; ܥܳܐܶܠ pro ܥܳܠܶܠ *ingrediens*, ܥܳܐܠܺܝܢ pro ܥܳܠܺܝܢ et hoc pro ܥܳܠܠܺܝܢ *ingredientes*, ܥܳܐܠܳܐ pro ܥܳܠܳܐ et hoc pro ܥܳܠܠܳܐ f. a sing. ܥܳܐܠܳܢ pro ܥܳܠܳܢ et hoc pro ܥܳܠܠܳܢ a *rad.* ܥܰܠ pro ܥܰܠܠ. Conf. § 17, VII. 1. Apud Chaldaeos Participium *activum* Speciei *Peal* non tantum regulater usurpatur, sed subinde etiam loco mediae *radicalis* scribitur *Aleph* vel *Jod:* ut 1. Sam. 25, 4. גָּיֵז *tondens*, 2. Sam. 13, 23. גָּיְזִין *tondentes* a *rad.* גְּזַז; Job. 24, 16. חָאֵק *perfodiens* pro חָקֵק, Ps. 57, 7. כָּיֵף *incurvans se* pro כָּפֵף. Imo haud desunt, qui statuant idem aliquando in ipsis horum Verborum *radicibus* obtinere.

Obs. 1.

De varii generis mutationibus, quas simplicissima hujus Participii forma cum Aleph vel Jod scripta ante incrementum finale aliquoties subiit?

Obs. 2.

De sententia a nonnullis inter grammaticos proposita: similem literae Aleph *usum apud Hebraeos locum habere.*

Ceterum in hoc Participio non tantum apud Syros, verum etiam apud Chaldaeos, pro ܘ, ו, media *radicali* substituitur pariter ܐ, א, quae tamen inter flectendum non pellitur, sed potius locum facit literae ܝ, י *mobili.* Conf. § 58, 3.

3. In flexa vero Verbi forma, modo tertia *radicalis* propter Adformantes תְ, תְּ, וּ et אָ in Praeterito, י et ו in Imperativo Speciei *Peal*, modo prima *radicalis* propter Praeformantes, uti etiam propter ceteras praepositas literas *serviles*, quibus *character* Infinitivi in *Peal*, Infinitivi, Praeteriti, Imperativi et Participii tam in Specie *Aphel* quam in *Ittaphal* exprimitur, accipit apud Chaldaeos *Dagesch forte*, aut aliud deficientis literae indicium usurpatur. Ita v. c. scribitur

בַּזַּת, ܒܙܬ pro בְּזַזַת, ܒܙܙܬ, בַּזּוּ, ܒܙܘ pro בְּזַזוּ, ܒܙܙܘ,

בֹּזִי, ܒܘܙܝ pro בְּזֹזִי, ܒܘܙܙܝ; יְבֹז, ܢܒܘܙ pro יִבְזֹז,

ܢܒܘܙ, יְבַז, ܢܒܙ pro יְבַזֵּז, ܢܒܙܙ, יִתְּבַז, ܢܬܒܙ

pro יִתְּבַזֵּז, ܢܬܒܙܙ, מְבַז, ܡܒܙ pro מְבַזֵּז, ܡܒܙܙ,

אֶבְזָא , ܡܒܙܘ pro אִבְזָזָא , ܡܒܙܘ , אִתְבְּזָא , ܡܬܒܙܘ pro אִתְבְּזָזָא , ܡܬܒܙܘ , אִבַּז , ܐܒܙ pro אִבְזֵז , ܐܒܙ , אִתְבַּז , ܐܬܒܙ pro אִתְבְּזֵז , ܐܬܒܙ , מְבַז , ܡܒܙ pro מְבְזֵז , ܡܒܙ , מְבַז , ܡܒܙ pro מְבַזֵז , ܡܒܙ , מְתַבַּז , ܡܬܒܙ pro מִתְבְּזֵז , ܡܬܒܙ . Conf. porro § 7 , I. II. 1 , 2. et § 27, II.

4. In Futuro et Imperativo *Peal* vocalis *terminalis* plerumque est *Cholem*, apud Syros vero solita servatur. Conf. exempla modo adducta. *Characteristica* porro Speciei *Aphel* litera ܐ et ה literae א *vicaria* in hoc etiam Verborum genere post mediam elisam, aliquando post praepositas literas *serviles*, non pellitur: ut Dan. 2, 40, מְהַדֵּק *comminuens* pro מַדֵּק ab הַדֵּק pro אַדֵּק ex אַדְקֵק, Rom. 13, 8. ܡܐܚܒܘ *amare* pro ܡܚܒܘ ab ܐܚܒ ex ܐܚܒܒ, 2 Cor. 12, 9. ܢܛܠ *obumbravit* pro ܢܛܠ ab ܐܛܠ ex ܐܛܠܠ. Conf. porro § 44, 4.

5. Denique propter ea, quae in hujus paragraphi exordio diximus, intelligitur, cur in hoc Verborum genere apud Aramaeos more etiam Hebraeorum et

Arabum pro Specie *dagessata* saepe substituatur Species *geminata*, primam *radicalem* iterans, quae a grammaticis appellatur *Palpel*, *Ithpalpal* et *Ethpalpal*, uti etiam *Poël* sive *Pauel* et utriusque forma *passiva* (§ 34, II, 5.) quibus Speciebus vel duarum similium literarum concursus, vel earundem trium literarum pronuntiatio evitetur. Ita v. c. est מְסַמְסֵם pro מְסֵס *liquefecit* et אִתְמַסְמַס pro אִתְמְסַס *liquefactus est* a *rad.* מְסַס, ܒܙܒܙ pro ܒܙ, *diripuit*, ܐܬܒܙܒܙ pro ܐܬܒܙܙ *direptus est saepe* a *rad.* ܒܙܙ sive ܒܙ, ܪܘܪܒ pro ܪܒܪܒ et hoc pro ܪܒܒ *magnificavit*, ܐܬܪܘܪܒ pro ܐܬܪܒܪܒ (coll. Chald. אִתְרַבְרַב) et hoc pro ܐܬܪܒܒ *superbe elatus est* (§ 16, I, 1, 2.) ܐܬܦܘܫܫ pro ܐܬܦܫܫ, *solutus fuit*, אִתְשׁוֹמַם *obstupuit*, pro אִתְשְׁמַם Dan. 4, 16.

6. Denique hujus generis Verba aliquando forma tenus Verba media ו *quiescentia* referunt, uti etiam non penitus inauditum est, ut per Speciem *Aphel* flexa referant Verba prima *radicali* Jod *quiescentia*.

Quaest.

Quare tam pauca, tam propemodum nulla hujus generis Verba per memoratam Speciem introformativam apud Aramaeos flexa a grammaticis citari solent?

Obs.

De singulari prorsus horum Verborum scriptione, qua in iis subinde apud Chaldaeos unius ejusdemque literae repetitio evitatur.

§ 51.

VERBA DEFECTIVA TERTIA RADICALI.

Qui de literis Hebraicis, Arabicis et Aramaeis grammaticas conscripserunt, hi omnes, suo singuli modo, Verborum et prima et secunda *radicali* litera *defectivorum* rationem exposuerunt, sed iidem Verborum tertia *radicali* litera *defectivorum* mentionem fecerunt vel multo breviorem, vel etiam plane nullam. Receptae autem hujus quidem consuetudinis ratio ita in oculos incurrit, ut vix ulla egeat disputatione. Scilicet primae ac praesertim secundae literae *radicales* in hisce dialectis, ut vidimus, deficiunt et multae et saepe, tertiae vero *radicales* et paucissimae et non nisi perquam raro. Praeterea ob unam eandemque fere semper caussam hae atque istae literae deficiunt, et pari

30

etiam prorsus modo: nam tertia, non aliter quam secunda, deficiens litera indicatur per duplicationis notam sequenti literae impressam. Et vero multo minus miramur, in suis de sermone Aramaeo conscribendis Institutionibus ita egisse grammaticos, utpote ponentes fere omnes, Verba tertia *radicali* litera *defectiva* in hac dialecto non occurrere. Unius tamen Verbi ܐܙܠ *ivit* tertia *radicalis* in certa quadam ejus forma, § 17, V, 4. descripta, sine controversia inter pronuntiandum supprimitur, et eatenus tantummodo deficit. Pari subinde modo literam *Nun* deficere, probatur exemplo ܙܒܝܢܬܐ *emta*. Itaque ubi tertia litera *radicalis* sive *Nun* sive *Tau* apud Arabes, et maxime apud Hebraeos, sequenti literae *Nun* vel *Tau* per duplicationis notam inseritur, ibi apud Aramaeos harum literarum neutra ita deficere, sed utraque manere solet.

Quaest. 1.

Quae argumenta communi huic grammaticorum doctrinae de Verbis tertia radicali defectivis in sermone Aramaeo non obviis, favere, quae non favere videntur?

Quaest. 2.

Quamobrem tam paucae, tam propemodum nullae

et tam raro in ipso etiam sermone Hebraico et Arabico deficiunt tertiae radicales?

Quaest. 3.

Quatenus plura, quatenus pauciora apud Aramaeos et Arabes, quam apud Hebraeos, dici potest esse Verba defectiva?

§ 52.

VERBA QUIESCENTIA.

Describamus tandem Verba, quae vocantur, *quiescentia*, sive, quae quartum seu postremum *irregularium* et *imperfectorum* Verborum genus efficiunt.

Omnia, quae hactenus monuimus de *irregularium* et *imperfectorum* Verborum proprietatibus, solas spectarunt literas *mobiles*, quatenus hae aliis cum punctis scribuntur, et quatenus solito numero partim plures, partim pauciores usurpantur. Sed non tantum literae *mobiles* triplici hoc modo, ut vidimus § 47, 1, et 2. § 49, 50 et 51. originalem, seu *regularem* et *perfectam* Verborum formam in quibusdam Speciebus reddunt aliam et proin *irregularem* et *imperfectam*, verum etiam certae quaedam literae, naturalem suum *motum* amittentes, ipsae adeo *quiescentes* sic illae.

Hujusmodi autem literae *quiescentes* apud Chaldaeos habentur quatuor, apud Syros, ut § 17, II. sig-

nificavimus tantum tres, ita tamen, ut litera ܘ subinde in certo quodum casu item litera *quiescens* fiat, ut § 17, VII, 3 dictum est. Jam vero, cum singulae hae literae fere omnes in omni Verborum sede *quiescant*, eatenus quaelibet litera tria Verborum *quiescentium* genera peperit. Hinc alia vocantur Verba *quiescentia* prima, alia Verba *quiescentia* secunda, alia denique Verba *quiescentia* tertia *radicali* litera *Aleph*, *Vau* vel *Jod*.

§ 53.

VERBA QUIESCENTIA PRIMA RADICALI.

Literae in prima Verborum sede *quiescentes* apud Chaldaeos, ut apud Hebraeos et Arabes, sunt tres, apud Syros vero proprie solummodo duae, nempe *Olaph* et *Jud*, quibus tamen, ut modo diximus, quodammodo accedit litera ܘ. Cum autem hae literae non pari, sed dispari modo *motum* amittant, atque adeo ita *quiete*, vel alia etiam ratione, originalem Verbi formam mutant; unum horum Verborum genus post alterum describendum est.

§ 54.

VERBA QUIESCENTIA PRIMA RADICALI א, ו, EXEMPLO IN PRIMIS VERBI אֱכַל, ܐܟܠ EDIT, ILLUSTRATA.

Et haec quidem litera א, ו, quippe *gutturalis* simul

ac *quieti* obnoxia, sive syllabam inchoat, sive finit, pro duplici potissimum hac sua indole extra Participium *activum* Speciei *Peal* originalem Specierum formam partim semper, partim plerumque *irregularem* reddat et *imperfectam*, maxime in sermone Syriaco, necesse est. Vid. § 17, VI, 1, 2. VII.

1. In syllabae exordio, ubi haec prima *radicalis* proprie non cum vocali scribenda, atque adeo in Praeterito, Imperativo et in Participio *passivo* Speciei *Peal*, uti etiam in forma ejus *passiva Ithpeël* fere tota, apud Chaldaeos sub se habet *Scheva compositum*, et apud Syros vocalem *Rebozo* vel *Petocho*, prouti vocalis terminalis vel *Petocho*, vel alia est. (§ 21, II.) Scilicet, quemadmodum apud Arabes in vocali *servili* literae *Aleph*, quae Imperativo primae Speciei praefigitur, tribuenda, ita etiam, quamvis aliam ab caussam, in vocali apud Syros extra *Ethpeël* primae literae *radicali* ܐ tribuenda, vocalis terminalis ratio haberi solet. — Litera porro ܐ, ut *quiescat* (§ 17, II.) utramque banc suam vocalem *vicariam*, uti etiam eam, nempe *Petocho*, cum qua prima Verbi *perfecti* litera scribenda est in tertia feminina et in prima singularis numeri persona Praeteriti *Ethpeël*, quemadmodum item et in hujus Speciei Imperativo ubique, et in tota Specie cum *Paël* tum *Ethpaël* ad praecedentem semper literam vocali destitutam transfert, propterea quod ante se, ut § 19, I, 1. § 20, I, 1. dictum est, non fert literam vocali carentem. Hinc v. c. Scribitur: אֱכַל, ܐܟܠ pro

3. פְּקַד, ܦܽܘܩܳܕ pro qua vulgo פְּקֹד, ܦܽܘܩܳܕ, vel פְּקוֹד et פוּקַד (loco laud.) *emph.* פְּקָדָא, פִּקְדָא, ܦܽܘܩܳܕܳܐ vel פוּקְדָא eadem vi; ut צְרַךְ, צָרְכָּא *necessitas*, קְדָשׁ, קוּדֶשׁ, ܩܽܘܕܶܫ, קֻדְשָׁא, קָדְשָׁא, קוּדְשָׁא, ܩܽܘܕܫܳܐ *sanctitas*; קְשׁוֹט, קוּשְׁטָא, ܩܽܘܫܬܳܐ *veritas*; — גֹּב, גֻּבָּא et גוּבָא *fovea*, חוֹם, חוּמָא, ܚܽܘܡܳܐ *calor*; — טוּבָא, ܛܽܘܒܳܐ *bonitas*; — חוּלְיָא, ܚܽܘܠܝܳܐ *dulcedo*, עֳפִי, עֻפְיָא, ܥܽܘܦܝܳܐ *herba*.

4. פְּקַד, ܦܩܶܕ *emph.* פִּקְדָא, ܦܶܩܕܳܐ eadem vi: ut שְׁלָם, ܫܠܳܡ, שְׁלָמָא, ܫܠܳܡܳܐ *pax*, כְּתָב, ܟܬܳܒ, כְּתָבָא, ܟܬܳܒܳܐ *scriptum*; — יְקַר, יְקָרָא, ܐܺܝܩܳܪܳܐ *gloria*; — ܕܚܠܳܐ *timor* pro ܕܚܠܬܳܐ; — מָאן et מַן, מָנָא pro מָאנָא vel מָאנָא, ܡܳܐܢܳܐ *vas*; —

קְיָמָא, ܩܝܳܡܳܐ *foedus*, *juramentum*; — ܚܶܙܘܳܐ *visus*.

5. פּוּקַד, ܦܽܘܩܕ *emph.* פּוּקְדָא, ܦܽܘܩܕܳܐ vi *Adjectivi* et *Substantivi* cum *abstracti* tum *concreti*: ut v. c. סוּמָק et סָמֵק, ܣܽܘܡܳܩܳܐ *rufus*, אוּכָם, ܐܽܘܟܳܡܳܐ *niger*, כּוּמָז *figura*, ܣܽܘܟܳܠܳܐ *intellectus*, אוּמָן, ܐܽܘܡܳܢܳܐ *artifex*; — ܙܽܘܘܳܓܳܐ *matrimonium*; — ܡܽܘܬܳܝܳܐ et ܡܶܬܝܳܐ *adventus*, ܫܽܘܪܳܝܳܐ *principium* a *rad* ܫܪܳܐ *solvit*, in *Paël incepit*.

6. פָּקֵד, ܦܳܩܶܕ *emph.* פָּקְדָא, ܦܳܩܕܳܐ proprie Participium *activum*, quod haud raro vi *Substantivi concreti* usurpatur: ut v. c. קָטֵל, ܩܳܛܶܠ *occidens* et *occisor* sive *homicida*, סָפֵר, ܣܳܦܰܪ *scribens* et *scriba*; — כָּאֵב, ܟܳܐܶܒ *dolens*; — רָעֵי, רָעְיָא, ܪܳܥܶܐ, ܪܳܥܝܳܐ *pastor*.

7. פָּקוֹד, ܦܳܩܽܘܕ *emph.* פָּקוֹדָא, ܦܳܩܽܘܕܳܐ vi Participii *activi*, in primis *Adjectivi* et *Substantivi* tam *concreti* quam *abstracti*: ut v. c. ܥܳܠܽܘܠܳܐ *ingre-*

diens, ܡܪܘܿܕܐ invidus, קָטוֹל, קְטוֹלָא, ܩܛܘܿܠ, ܩܛܘܿܠܐ occisor; — ܢܟܘܿܠܐ fraus; — ܩܢܘܿܡܐ vafer; — ܓܚܘܿܟܐ illudens, ܒܪܘܿܝܐ creator, ܫܢܘܿܝܬܐ amotio.

Obs.

De aliis horum Nominum formis.

8. פְּקִיד, ܦܩܝܕ emph. פְּקִידָא, ܦܩܝܕܐ proprie vi *Participii passivi*, haud raro etiam vi *Adjectivi* et *Substantivi* tam *concreti* quam *abstracti:* ut v. c. דְּחִיל, דְּחִילָא, ܕܚܝܠ, ܕܚܝܠܐ *terribilis*, בְּסִירָא, ܒܣܝܪܐ *contemtus*, ܒܥܝܠܐ *nuptus*, ܒܥܝܠܬܐ *nupta*; — יְדִיעֲתָא, ܝܕܝܥܬܐ *scientia*; — ܡܟܝܟܐ *humiliatus* a ܡܟ pro ܡܟܟ; — בִּישׁ, בִּישָׁא, ܒܝܫ, ܒܝܫܐ *malus* a בְּאֵשׁ, ܒܐܫ, לִיט, לִיטָא, ܠܝܛ, ܠܝܛܐ *maledictus* a לוּט, ܠܘܛ; — דְּכֵי, דְּכְיָא, ܕܟܐ, ܕܟܝܐ *purus*.

Obs.

De alia formae scriptione ac vi cum apud Chaldaeos tum apud Syros.

Et haec quidem sunt specimina *derivatorum* Nominum vocalium tantum *varietate* formatorum. Reliqua *derivata* Nomina, quippe alius generis, describemus et nonnullis quoque speciminibus illustrabimus, posteaquam § 64, 65 et 66, paucis disputaverimus de Nominum forma cum *nuda* tum *aucta.*

§ 64.

NOMINA NUDA ET AUCTA.

Formae Nominum *nudae* solis literis *radicalibus* constant, *auctae* ergo non solis *radicalibus*, verum una insuper, imo pluribus etiam literis *servilibus* iisque vario modo cum *radicalibus* copulatis. Itaque illae, ut intelligitur, uni Speciei *Peal*, hae ceteris Speciebus propriae esse possunt. Illae porro simili summatim ratione fiunt *auctae*, qua hae magis *auctae.* Et denique formae in quacunque Specie *auctae* pertinent fere semper ad ipsam significationem aut intendendam, aut vario etiam alio modo mutandam.

Interim cavendum, ne literas *serviles*, quae Nominum formas vario modo reddunt *auctas*, confundamus cum literis *servilibus*, quibus *characteres* variarum Specierum *derivatarum* constituuntur. Nam minime omnes Nominum formae mediae *radicalis* geminatione *auctae* unius Speciei *Paël* sunt, verum etiam quaedam eorum ad Speciem *Peal* pertinent: utpote significatione tenus ab hac, non vero ab illa Specie ductae. Similiter vicissim item subinde accidit, ut quaedam Nominum formae Speciei *Peal* significationem suam alii Speciei debeant. Scilicet, ut Nomina ad suas singula Species referantur, non unius formae, verum significationis quoque eorum ratio habenda est. — Pari porro modo parique proposito, quo subinde unius ejusdemque vocis generi masculino genus femininum apponitur, quoque formae vocum *auctae* cum earundem formis *nudis* conjunctae invenuntur. Vid. § 67, II, 6. Praecipuae autem Nominum formae *auctae* duplicatione mediae *radicalis* non ad *Paël* Speciem referundae, sunt:

1. פַּקָּד, ܦܰܩܳܕ *emph.* פַּקָּדָא, ܦܰܩܳܕܳܐ vi maxime *Substantivi*, quo indicatur homo hanc illamve artem exercens, aut peculiari se sua indole et solita agendi ratione distinguens: ut טַבָּחָא, ܛܰܒܳܚܳܐ, Hebr. item טַבָּח et Arab. طَبَّاخٌ *coquus*; ܐܽܡܳܢܳܐ et Arab.

أَكَّارٌ, sed Hebr. et Chald. אִכָּר *agricola;* כַּדְּבָא, ܟܕܒܐ, Arab. item كَذَّابٌ, Hebr. כֶּחָשׁ *mendax;* גַּנָּבָא, ܓܢܒܐ, Hebr. item גַּנָּב *fur;* — ܡܣܘܢܐ *belluo,* דַּיָּנָא, ܕܝܢܐ *judex,* ܓܝܪܐ *adulter,* ܓܝܪܬܐ *adultera;* — זַנָּאי, ܙܢܝ *scortator,* זַנִּיתָא, ܙܢܝܬܐ *meretrix.*

2. פַּקָּר *emph.* פַּקָּרָא vi praecedentis formae: ut גַּבָּר, Hebr. גִּבּוֹר item *fortis;* אִכָּר *agricola.*

3. פְּקַר et פְּקֵר *emph.* פַּקְרָא et פַּקְרָא vi *Adjectivi* deformitatem maxime *physicam* exprimens: ut אִלְמָא, Hebr. item אִלֵּם *mutus;* חֵרְשָׁא *surdus, mutus,* Hebr. etiam חֵרֵשׁ *surdus* et Arab. أَخْرَسُ *mutus;* — עֲוִיר sive עַוִּיר, עַוִּירָא, Hebr. etiam עִוֵּר, sed. Syr. ܥܘܝܪܐ sive ܣܡܝܐ et Arab. أَعْمَى *coecus.*

4. פַּקִּיד, ܦܩܝܕ, *emph.* פַּקִּידָא, ܦܩܝܕܐ vulgo *Adjectivi* vi *intensiva:* ut צַדִּיקָא, ܙܕܝܩܐ, Hebr. item צַדִּיק et Arab. صِدِّيقٌ *justus.*

Quaest.

Quae maxime dubia traditae de quatuor hisce descriptis Nominum formis doctrinae opponi possunt?

§ 65.

FORMAE NOMINUM AUCTAE PRAEPOSITIS LITERIS SERVILIBUS.

Alter modus, quo formae Nominum fiunt *auctae*, cernitur in quarundam literarum *servilium* praepositione. Et literae, quae literis *radicalibus* praeponuntur numero quatuor sunt: nempe א, ܐ, י, ܝ, מ, ܡ et ת, ܬ. Praeponuntur autem modo cum hac, modo cum alia, modo cum nulla vocali, pro diversa vocabulorum indole; atque hanc ipsam ob caussam in hisce vocabulis etiam vocalis *terminalis* observatur varietas. Praecipuae harum formarum sunt:

1. אַפְקַד, ܐܦܩܕ *fem.* אַפְקְדָא, ܐܦܩܕܐ vi modo *Adjectivi* modo *Substantivi:* ut v. c. אַרְבַע, ܐܪܒܥ *quartus;* אַרְבְעָא, ܐܪܒܥܐ *quarta;* — אֶצְבַע i. q. Syr. ܨܒܥܐ *digitus.*

Prima litera est *prosthetica*, qua *euphoniae* caussa antevertitur, ne duae literae ante unam vocalem in syl-

labae principio pronuntientur. Vid. § 21, II, 2, c. — Apud Chaldaeos, ut apud Hebraeos, extra hunc casum aliquando etiam usurpatur, id est eandem hanc literam maxime cum *Patach* vel *Chateph Patach* scriptam in utraque dialecto sibi subinde praepositam habent nonnullae voces, quarum prima non cum *Schevate*, sed cum *vocali* scribitur: ut אֶגַּן et גַּן *hortus*, אֱגַן et גַּן *ala*.

Itaque forma haecce non confundenda est cum forma Arab. أَفْعَلُ *κατ' ἐξοχην* propria *Adjectivis*, quibus aut *color*, aut *deformitas*, aut *gradus* modo *Comparativus*, modo *Superlativus* pro varia constructionis ratione exprimitur: ut أَصْفَرُ *flavus*, أَخْرَسُ *mutus*, أَحْمَقُ *stultus*, أَكْبَرُ *major* et *maximus*. Neque etiam confundenda est haecce forma cum forma Hebraica אַפְקָד e communi grammaticorum doctrina aliquoties pariter vim *Superlativi* habente: ut אַכְזָב *valde mendax*, אַכְזָר *valde durus*. — De alio hujus literae *prostheticae* apud Syros usu vid. § 17, VII, 2.

Obs.

De literae א *in voce* אֶדֶם *sanguis ratione.*

Quaest.

Qui factum, ut in linguae Aramaeae et Arabicae grammaticis vel brevissima, vel nulla mentio fiat Nominum ab initio litera ܡ, م, auctorum, qualia in grammaticis Hebraicis describuntur. Quomodo ergo de hac Nominum, in utroque illo sermone, classe pronuntiandum?

2. מִפְקַד, מַפְקֵד, מַפְקוּד *emph.* מִפְקְדָא, מַפְקְדָא, מַפְקוּדָא, ܡܶܦܩܰܕ, ܡܰܦܩܶܕ, ܡܰܦܩܽܘܕ *emph.* ܡܰܦܩܽܘܕܳܐ, ܡܰܦܩܕܳܐ, ܡܶܦܩܕܳܐ vi maxime *Substantivi*, quo κατ᾽ἐξοχὴν etiam *locus*, *tempus* aut *instrumentum* indicatur: ut v. c. מִרְבַּק *adhaesio*, ܡܰܙܗܰܪܬܳܐ *splendor*, מַעֲבַד, מַעְבְּדָא, ܡܰܥܒܰܕ, ܡܰܥܒܕܳܐ *opus*, מַעֲרַב, מַעְרְבָא, ܡܰܥܪܰܒ, ܡܰܥܪܒܳܐ *occasus* solis; מַבְעוּר *incendium*, ܡܰܥܠܽܘܠܳܐ *tempestas*, מַשְׁכַּן, מַשְׁכְּנָא, ܡܰܫܟܰܢ, ܡܰܫܟܢܳܐ *habitaculum*, ܡܰܓܙܪܳܐ *scalprum*, מִזְרָק, מִזְרְקָא *vas aspersionis*; — מַדַּע, מַנְדְּעָא, ܡܰܕܰܥ, ܡܰܕܥܳܐ *scientia*; — מַסָּר, ܡܰܣܳܪܳܐ *serra*, מְגִלָּא, ܡܓܰܠܬܳܐ *columen*; — מֵיכְלָא, ܡܶܐܟܠܳܐ

cibus; — מוֹתַב, מוֹתְבָא, ܡܘܬܒ, ܡܘܬܒܐ et ܡܘܬܒܢܐ *locus* et *tempus* habitationis; — מְמוּשׁ *contrectatio* (secundum *Targ. Hier.* sed secund. *Targ. Jonath.* מְמַשׁ, מְימַשׁ,) מְקָם *status*, ܡܨܬܐ *auscultatio*; — מְדֵירָא, ܡܕܪܝܐ *ventilabrum*.

Praefixa hujus formae litera *servilis* regulariter cum vocali *Chirek* vel *Rebozo*, uti media *radicalis* cum vocali *Patach* et *Petocho*, sed utraque haud unam ob caussam cum alia, eaque tam longa, quam brevi, vel etiam cum nulla vocali scribitur. — Haec porro forma in fine aliquando quoque *aucta* invenitur: ut v. c. מַעְבְּדָנוּתָא, ܡܥܒܕܢܘܬܐ *actio*. — Tradita denique formae significatio ex ipsius origine proficiscitur, et proin facile intelligitur.

Quaest.

Quid existimandum de uno alterove, quod adduximus exemplo, secundum quorundam grammaticorum doctrinam aliter explicando, uti etiam cum de Nominibus formae מַפְקִיר *et* מַפְקוּד *tum de vocibus* ܡܙܘܢܐ *alimentum et* ܡܒܨܘܬܐ *exploratio ab aliis grammaticis aliter expositis?*

Valde similis Nominum forma similem etiam vim habet tam apud Arabes, quam apud Hebraeos: etsi hujus et origo identidem alia est, et usus latius patet apud illos, quam apud hos et Aramaeos. Haec autem forma ratione habita Nominum *instrumenti*, quae vocantur, minus fluctuat, sed magis constans est in Arabum sermone; in quo hujus generis Nomina vocali *Kesra* sub praefixa litera *servili* scripta distingui solent a Nominibus *loci* et *temporis*, quae eandem illam praefixam literam cum vocali A plerumque regulariter scriptam habent. Et ita etiam vocalis *terminalis* in Nominibus illis non tam saepe, non tam varie mutatur, quemadmodum hoc locum habere solet in sermone cum Aramaeo tum in primis Hebraeo.

3. תַּפְקִיד, ܬܰܦܩܶܕ *emph.* תַּפְקִידָא, ܬܰܦܩܶܕܳܐ

vi *Substantivi* et *concreti* et *abstracti*. Praeposita item litera *servilis* pro vocali A accipit etiam modo aliam, modo nullam vocalem pro alia maxime formae ratione. Et hanc ipsam pariter ob caussam vocalis *terminalis* semper nec eadem est nec manet, sed pro ea etiam saepe modo usurpatur alia, modo nulla: ut v. c. תַּלְמִיד, תַּלְמִידָא, ܬܰܠܡܺܝܕ, ܬܰܠܡܺܝܕܳܐ *discipulus;* — ܬܶܐܓܽܘܪܬܳܐ *negotiatio*, etiam ut ܐܰܓܪܳܐ, אַגְרָא *merces;* תּוֹתָב, תּוֹתָבָא,

ܬܘܬܒ, ܬܘܬܒܐ i. q. ܬܘܬܒܐ *habitator*, תּוֹלֵדָא sive תּוֹלְדָא, ܬܘܠܕܬܐ *generatio*;—ܬܟܣܝܬܐ i. q. כְּסוּתָא *tegumentum*.

Quaest.

Quatenus probanda, quatenus improbanda videtur positio: hasce et alias quasdam formas a litera servili Tau incipientes in sermone Aramaeo Speciei Peal esse vindicandas?

§ 66.

FORMAE NOMINUM AUCTAE APPOSITIS LITERIS SERVILIBUS.

Ante ipsam paragraphi hujus interpretationem, perspicuitatis caussa, disputationis argumentum verbo, ut videtur, indicandum. Scilicet literae et syllabae *serviles*, quibus Nominum forma *emphatica*, *feminina*, *pluralis* et *dualis* constituitur hic loci a nobis non spectantur, neque etiam literae, quae appellantur *paragogicae* prop. sic dictae. Nam hae terminationes omnes non tantum *simplicissimis* Nominum formis, verum etiam *auctis* hac paragrapho exponendis apponuntur. Itaque literis syllabisque *servilibus* hic spectatis et describendis constituuntur va-

rii generis formae *auctae*, quarum praecipuae sunt:
ܝ, ܳܝ, ܢ, ܳܢ, ܽܘ et ܽܘܣ.

1. Prima ܝ, ܳܝ, (ut Hebr. ׳ et Arab. يّ,) *emph.* אָה, ܳܝܳܐ, format maxime Nomina *numeralia ordinalia* a Nominibus *numeralibus cardinalibus* ducta, *patronymica* porro et *gentilia*, uti etiam alius generis *denominativa:* ut תְּלִיתַי, תְּלִיתָאָה, ܬܠܺܝܬܳܝܳܐ *tertius;* יְהוּדַי, יְהוּדָאָה, ܝܗܽܘܕܳܝܳܐ, ܝܗܽܘܕܳܝ *Judaeus*, מִצְרַי, מִצְרָאָה, ܡܶܨܪܳܝܳܐ *Aegyptius;* נֻכְרַי, נֻכְרָאָה, ܢܽܘܟܪܳܝ, ܢܽܘܟܪܳܝܳܐ *peregrinus*, ܦܰܓܪܳܢܳܝܳܐ et ܦܰܓܪܳܝܳܐ *corporeus.*

Obs.

De alio hujus terminationis ܝ in nonnullis vocabulis usu.

2. Secunda ܢ, ܳܢ, *emph.* נָא, ܳܢܳܐ, Hebraeorum etiam ן, vel וֹן et Arabum انٌ, propria est varii generis formis cum *verbalibus* tum *denominativis* vi *Substantivi* et *abstracti* et *concreti:* ut אַבְדָנָא, ܐܒܳܕܳܢܳܐ

interitus, רַחְמָן, רַחְמָנָא *misericors*, ܚܶܫܽܘܟ݂ܳܐ *caligo*, שָׁלְטָן et שׁוּלְטָן, ܫܽܘܠܛܳܢ *dominium* sive idem quod שִׁלְטוֹן, שִׁלְטוֹנָא et שַׁלִּיט, שַׁלִּיטָא, ܫܰܠܺܝܛ, ܫܰܠܺܝܛܳܢܳܐ *dominator*, שֵׂעָר, ܣܰܥܪܳܢܳܐ *pilosus;* — ܬܒܳܪܳܐ *fractio;* — אוּלְצָן, אוּלְצָנָא, ܐܽܘܠܨܳܢܳܐ *afflictio;* — מוּתָנָא, ܡܰܘܬܳܢܳܐ *mors;* — בִּנְיָנָא, ܒܶܢܝܳܢܳܐ *aedificium.*

3. Tertia ܘܢ *emph.* ܘܢܳܐ, *fem.* eaque *emph.* ܘܢܺܝܬܳܐ etsi aliis, maxime tamen *deminutivis* propria esse solet: ut ܝܰܪܩܽܘܢܳܐ *olus*, ܛܰܠܝܽܘܢܳܐ *puellus*, ܛܰܠܝܽܘܢܺܝܬܳܐ *puellula*, ܓܰܒܪܽܘܢܳܐ *homuncio.*

4. Quarta ܘܣ, *emph.* ܘܣܳܐ, altera est *characteristica* terminatio *deminutivorum*: ut ܓܰܒܪܽܘܣܳܐ i. q. ܓܰܒܪܽܘܢܳܐ *vir parvulus*, ܥܠܰܝܡܽܘܣܳܐ i. q. ܥܠܰܝܡܽܘܢܳܐ et ܛܰܠܝܽܘܢܳܐ *puellus*. Ceterum utraque terminatio cum prior ܘܢ, tum posterior ܘܣ significationis *deminutivae* augendae caussa aliquando uni eidemque vocabulo simul, aut illa etiam bis apponitur: ut ܐܰܚܽܘܣܽܘܢܳܐ et ܐܰܚܽܘܢܽܘܢܳܐ *fraterculus parvus*, ܐܰܢ݈ܬܬܽܘܢܽܘܢܺܝܬܳܐ *muliercula parvula.*

Ex iis ergo liquet Syros ratione habita Nominum *deminutivorum* habere, quo se distinguant ab Arabibus, in primis a Chaldaeis et Hebraeis.

Quaest. 1.

Quibus maxime argumentis nititur grammaticorum positio: utramque hanc, uti aliam sive tertiam multo rarius usitatam Nominum deminutivorum terminationem, non antiquitus apud Syros in usu fuisse, sed recentiore demum aetate apud eos exstitisse?

Quaest 2.

Quae maxime partim favere, partim non favere videntur positioni: sermoni etiam cum Hebraico tum Chaldaico hujus generis Nomina vindicanda esse?

§ 67.

NOMINUM GENUS.

Nominum *genus*, etsi commemorantur etiam Nomina, quorum alia *neutrius*, alia *dubii*, alia *communis*, alia denique *epicoeni* sive *promiscui generis* esse dicuntur, proprie vel *masculinum* vel *femininum* est, quatenus distinctionis *character* duplex est, isque latens nempe vel in ipsa Nominum indole, vel in peculiari qua-

dem terminatione, qua res, non tantum animatae, verum etiam inanimatae ad sexum modo *masculinum*, modo *femininum* vulgo referuntur. Et posteriore quidem hocce *charactere* externo sive, ut ita dicam, *positivo* in plurali utrumque *genus* et *masculinum* et *femininum*, in singulari vero numero solum *femininum* se discriminat; quamquam terminationes praecedente paragrapho descriptae *masculinae* sunt, et terminatio *emphatica* Nominibus *utriusque generis* pari saepe modo, ut infra § 69, videbimus, apponitur. Et hicce *character* sive haecce apposita terminatio in singulari numero est: אָ, ܳܐ, ܬܳ, וֹת, וּת, ܘܬ݂, vel denique ית, ܝܬ݂. De singulis hisce terminationibus mox, quemadmodum de terminatione in plurali numero *generis* charactere § 68.

I.

Nomina singularia masculini generis.

Ad Nomina singularia *masculini generis*, etiam cum terminatione *feminina*, referuntur: Nomina *virorum* non tantum *propria*, verum etiam *appellativa*, sive *communia*, quae vocantur: ut קֹהֶלֶת, ܩܳܘܗܶܠܬܳܐ *Ecclesiastes*, כְּנָתָא, ܟܢܳܬܳܐ *socius*: quatenus utrius-

que hujus vocis *derivata* exstant. De horum vocabulorum cum aliis orationis partibus constructione, vid. *num.* II, 6.; — Nomina *populorum*, *tribuum*, *mensium*, *montium* et *fluviorum*, propterea quod vocabula עַמָּא, ܥܰܡܳܐ *populus*, שִׁבְטָא, ܫܰܒܛܳܐ *tribus*, יַרְחָא, ܝܰܪܚܳܐ *mensis*, טוּרָא, ܛܽܘܪܳܐ *mons* et נַהְרָא, ܢܰܗܪܳܐ *fluvius*, quae intelliguntur, *masculini generis* sunt; — Nomina *numeralia cardinalia* a tribus ad decem *feminini generis*, quatenus cum rebus numeratis *masculini generis* construuntur, ut § 73, I, 1, c. videbimus. — Denique hujus pariter *generis* sunt reliqua vocabula qualicumque tandem, litera sive *radicali*, sive *servili*, sed ea non *feminini generis* nota determinata. Excipiuntur tamen nonnulla, quorum alia fere semper, alia saepe *feminini generis* sunt, de quibus mox *num.* II et III agendum. Conf. porro de irregulari hujus *generis* usu § 71, III et de Nominum propriorum constructione § 75, 2.

II.

Nomina singularia feminini generis.

Ad Nomina singularia *feminini generis*, etiam cum terminatione *masculina*, referuntur: Nomina *mulierum* cum *propria* tum *appellativa* sive *communia* quae vocan-

tur: ut v. c. אֶסְתֵּר, ܐܶܣܬܰܪ *Esther*, אֲבִיגַיִל, ܐܰܒܺܝܓܰܝܠ *Abigaël*, אֵם, אִמָּא, ܐܶܡܳܐ *mater;* — Nomina *regionum*, *urbium* et *geminorum membrorum* corporis cum *hominis* tum *animalis;* quia v. c. אַרְעָא, ܐܰܪܥܳܐ *terra* (Exod. 3, 8) קְרִי, ܩܪܝܳܐ, aeque ac קִרְיְתָא seu קַרְתָּא, ܡܕܺܝܢ݈ܬܳܐ *urbs*, יָדָא, יַד, ܐܺܝܕ, ܐܺܝܕܳܐ *manus*, רֶגֶל, רַגְלָא, ܪܶܓ݂ܠܳܐ *pes*, ceteraque, quae intelliguntur vocabula, uti etiam nonnulla alia, quibus similiter indicantur res *sexus* discrimen non admittentes: ut v. c. ܢܽܘܪܳܐ, pariter atque Arabum نَارٌ *ignis*, ܚܰܪܒܳܐ Chaldaeis ut Hebraeis חֶרֶב et Arabibus حَرْبٌ *gladius*, רוּחָא, ܪܽܘܚܳܐ ut Hebr. רוּחַ et Arab. رِيحٌ *ventus*, sin minus semper, certe plerumque *feminini generis* esse solent, et propterea ab aliis *communis*, ab aliis rectius Nomina *dubii generis* dicta.

Obs.

De aliis argumentis, quibus altera illa nititur positio.

Reliqua *feminini generis* Nomina sibi appositam habent unam e quinque jam memoratis et nunc paucis describendis *feminini generis* terminationibus, iisque summatim apud Arabes et in primis apud Hebraeos quoque usitatis.

1. Prima אָ اْ, vi quidem cum Hebraeorum הָ, et Arabium ةٌ convenit, sed multo rarius quam haec et illa in statu *absoluto* usurpatur; quoniam quamplurimorum Nominum maxime Substantivorum e genere *masculino* in *femininum* flexio, ab antiquis grammaticis *motio* dicta, fere semper est *emphatica;* etsi subinde accidit, ut simplex forma *feminina* ducta sit a Substantivo *masculino*.

Obs.

De uno alterove exemplo, ex quorundam sententia, aliter explicando.

Scilicet primam hanc *feminini generis* notam, statui *absoluto* propriam, habent quidem Participia, propria vi usurpata, atque a simplici forma *masculina* derivata, regulariter omnia, uti etiam plerumque Adjectiva; sed e Substantivis praeter Nomina *numeralia* cum *cardinalia* tum *ordinalia* et pauca alia, uti etiam ea sola, quorum forma *masculina* non in usu est, imo vero et horum quoque Nominum bene

multa, prorsus ut reliqua Substantiva a forma *masculina* ducta unam admittunt formam *emphaticam*. Conf. v. c. praeter § 45. 46. 73, I, 1, a. 74, I, 1, a. עֲמִיקָא, ܥܡܝܩܬܐ *femininum* in statu *absoluto* et *masculinum* in statu *emphatico* a עֲמִיק *profundus*; עַקְרָא ܥܩܪܐ *femininum* status *absoluti* (sed Syris etiam in usu est ܥܩܪܬܐ *femininum* status *emphatici*) a עָקָר, ܥܩܪ, *sterilis*; חָכְמָא, ܚܟܡܬܐ, Heb. חָכְמָה et Arab. حِكْمَة *sapientia* formam *masculinam* non habet; חוּנְטְתָא *condimentum*, ܕܘܥܬܐ *sudor*; מַלְכָּה itemque Hebr. et Arab. مَلِكَة est *regina* a מֶלֶךְ مَلِك *rex*, Aramaeis vero *regina* est מַלְכְּתָא, ܡܠܟܬܐ a מְלַךְ, ܡܠܟ vel, ut alii volunt, dempta *emphasi* a מַלְכָּא, ܡܠܟܐ *rex*.

Apponitur autem haec *feminini generis* terminatio modo *simpliciter*, ita ut solam sibi vindicet ultimam vocum literam, modo *non simpliciter*, ita ut alias insuper efficiat mutationes ratione habita vel literarum, vel punctorum, vel literarum etiam ac punctorum simul pro diversa formae *masculinae* indole.

a. Simpliciter apponitur: Participiis Nominibusque,

quorum aut vocalis *terminalis* est litera *quiescens*, aut quorum media *radicalis* vel est *quiescens*, vel etiam per *quietem* suppressa. Ita v. c. est פְּקִידָא, ܦܩܺܝܕܳܐ a פְּקִיד, ܦܩܺܝܕ, עֲמִיקָא, ܥܡܺܝܩܳܐ a עֲמִיק, ܥܡܺܝܩ *profundus*, סַגִּיאָה, ܣܰܓܺܝܐܳܐ a סַגִּיא, ܣܰܓܺܝ *multus;* — קִימָא, ܩܝܳܡܳܐ a קִים, ܩܝܳܡ *radicis* קוּם, ܩܳܡ *surrexit*, בִּישָׁא, ܒܺܝܫܳܐ a בִּישׁ, ܒܺܝܫ *malum*, *malitia;* טָבָא, ܛܳܒܳܐ a טָב, ܛܳܒ *bonus*. Conf. § 45. § 58, I, 2. § 19, V. Excipiuntur quaedam Nomina apud Syros, quorum vocalis *terminalis* est *Ezozo*, de quibus mox.

Obs.

De aliis formis, quae propter appositam hanc terminationem, nullam mutationem subeunt.

b. Non ita *simpliciter* alius indolis formis apponitur, sed modo haec, modo alia instituitur mutatio.

α. In Participiis Nominibusque vocales *terminales* sive *longuae* sive *breves*, non *characteristicae*, plerumque mutantur in *Schewa:* illae *euphoniae*, hac vero *necessitatis* caussa, quemadmodum patet ex § 19,

39*

III. § 20, III. Ita v. c. est פְּקָדָא, ܦܩܳܕܳܐ a פָּקֵד, ܦܳܩܶܕ. Vid. § 45 et 46.

β. In Verborum, quorum media *Vau* est *quiescens*, Participio *activo* Speciei *Peal* mutatur media א, ܐ, vicaria litera, in י, ܝ et vocalis etiam in *Scheva:* ut קָיְמָא, ܩܳܝܡܳܐ a קָאֵם, ܩܳܐܶܡ *stans.* Conf. § 58, I, 3.

Quam rationem sequuntur in eodem hocce Participio Verba media *defectiva.* In eodem autem hocce Participio Verborum media *defectivorum*, litera ܐ, uti etiam subinde א pro media *radicali* substituta fere semper cum vocali pellitur. Vid. § 50, 2.

γ. In Nominibus, quorum vocalis *terminalis* est *Ezozo*, uti etiam in Nominibus terminatione ָן, ܳܢ, auctis, assumitur י, ܝ quae movetur ipsius terminationis *femininae vocali* et vocalis *Kamets* mutatur in *Patach:* ut ܙܥܘܪܬܳܐ a ܙܥܘܪ *parvus*, רֵיקָנְיָא a רֵיקָן *vacuus*, ܡܪܰܚܡܳܢܳܝܬܳܐ a ܡܪܰܚܡܳܢ *misericors.*

δ. In Nominibus terminatio ַי mutatur in ָא et pro litera א *feminini generis* nota substituitur ה: ut כַּשְׂדָּאָה *Chaldaea* a כַּשְׂדַּי *Chaldaeus*, קַדְמָאָה a קַדְמַי *primus.* Conf. porro § 74, I, 1, a.

ε. In Nominibus, quae mediam *radicalem* habent

defectivam, ultima accipit *Dagesch forte* et vocalis *longa*, si praecedit, mutatur in *brevem*: ut דַּקָּה a דַּק *tenue*, מִלָּא ab inusit. מֵל *sermo*.

ζ. In Participiis Nominibusque exitus א, ܐ, ܝ. et ܝ ita mutatur, ut litera *quiescens*, pulsa vocali *e* et *i*, litera ܝ, ܝ fiat *mobilis* ipsius terminationis *femininae* vocali: ut שָׁנְיָא a שָׁנֵא *diversus*, ܣܟܠܬܐ a ܣܟܠܐ *stultus*, נְקִיָּא *innocens*, *pura* a נְקִי et נְקֵי *innocens*, *purus*. Conf. § 60, I, 4, II, 2.

Quaest. 1.

Quare eo, quo diximus modo, alia est Substantivorum, quam Participiorum et Adjectivorum e genere masculino in femininum flexio?

Quaest. 2.

Quomodo ergo Adjectiva feminina ab Adjectivis masculini generis in statu emphatico distingui in sermone Aramaeo solent.

2. Secunda terminatio ܬ emph. ܬܐ maxime Nominibus a Verbis tertia *radicali* litera *quiescentibus* ductis propria: ut ܡܢܬܐ, (Chald. מְנָא, מְנָתָא et

Hebr. מְנָת ex מְנָאת Arab. مَنَاةٌ) ܡܢܳܬܳܐ *portio* a ܡܢܳܐ.

3. Tertia terminatio וּת in statu *absoluto* per *apocopen* וּ vel cum א *emphatica* וּתָא, ob caussam § 18 traditam, scribi solita Nominibus a Verbis ultimam *quiescentem* habentibus in primis apud Chaldaeos tribuitur: ut צְלוּ vel צְלוֹתָא a צְלוֹת, Syr. ܨܠܽܘ vel ܨܠܽܘܬܳܐ Arab. صَلَوةٌ *precatio.*

4. Quarta terminatio וּת, ܘܬ eandam ob caussam, ut proxime antecedens terminatio וּת, in statu *absoluto* modo per *apocopen* וּ, ܘ, modo cum terminatione *emph.* וּתָא, ܘܬܳܐ scribi solita apponitur in primis, ut etiam terminatio וּת apud Hebraeos, cum vi *abstractae* significationis Nominibus *Verbalibus* modo a Verborum Infinitivis, modo a Verborum Participiis ductis, quemadmodum *ejusdem* etiam significationis *denominativis:* ut מַלְכוּ, ܡܰܠܟܽܘ vel מַלְכוּתָא, ܡܰܠܟܽܘܬܳܐ *regnum* a מַלְכוּת, ܡܰܠܟܽܘܬ et hoc a מֶלֶךְ, ܡܰܠܟܳܐ *rex*, prorsus ut Hebr. מַלְכוּת, Arab. مَلَكُوتٌ *regnum* a מֶלֶךְ مَلِكٌ *rex;* סָהֲדוּ, ܣܳܗܕܽܘ

vel סָהֲדוּתָא seu שָׂהֲדוּתָא, ܣܳܗܕܽܘܬ݂ܳܐ *testimonium* a סָהֲדוּת, ܣܳܗܕܽܘܬ݂ et hoc a סָהֵד seu שָׂהֵד, ܣܳܗܶܕ *testis;* אַלְמָנוּת, ܐܰܪܡܠܽܘܬ݂ܳܐ *viduitas* ab אַלְמָן, ܐܰܪܡܠܳܐ *viduus.*

5. Quinta terminatio ־ִית, ܝܺܬ݂ ob eandem caussam ut duae proxime praecedentes ־וּת, וּת, ܘܬ݂ in statu *absoluto* vel per *apocopen* ־ִי, ܝܺ, vel cum exitu *emphatico* ־ִיתָא, ܝܺܬ݂ܳܐ scribi, ac pari etiam summatim vi tribui in primis solet Nominibus a Verbis tertiam י, ܝ, ut illae plerumque Nominibus a Verbis tertiam ו, ܘ, habentibus, derivatis: ut נְוָלִי i. q. נְוָלוּ *sterquilinium* a נְוָלִית, נְוָלוּת, ܒܪܺܝ *creatura* a ܒܪܺܝܬ݂, רִבִּיתָא, ܪܶܒܺܝܬ݂ܳܐ *usura* a רִבִּית ܪܶܒܺܝܬ݂. Haec terminatio ־ִית plena, non *apocopata*, solis *Patronymicis* in statu *absoluto* apposita invenitur.

6. Ceterum postremo loco de peculari etiam terminationis *femininae* usu unum alterumve animadvertendum.

a. Nominum *genus* maxime in proverbiis non semper adeo urgendum, sed, quemadmodum v. c. apud Hebraeos נְהִיָה, נְהִי (Mich. 2, 4. *lamentatio lamentatio*

est *lamentatio maxima*, et apud Arabes نَاقَةٌ جَمَلٌ (in Trogaji carmine vers. 3) *non camela et non camelus* est *nullus camelus*, أَلْقَنِيصُ وَٱلْقَنِيصَةُ (in Har. cons. 1. p. 36.) *praeda* sive *fera mas*, et *praeda* sive *fera femella* est *omnis generis praeda*; ita apud Aramaeos etiam, etsi rarius Nomen *masculinum* in eodem casu, apposita terminatione *feminina*, iteratur, ut hoc modo *Superlativi* etiam vis exprimatur, vel alicujus rei *universitas*. Vid. § 70, II, 2, *b*.

b. Quemadmodum porro Nomina utriusque generis tam *collectiva* stricte sic dicta, quam *collective* posita (§68, I.) ita etiam Nomina *munerum* aliaque quaedam Substantiva *feminina* sing. num. vario subinde modo *figurate* usurpata, hunc in modum cum aliis orationis partibus construuntur, ut in illis apud Chaldaeos nunc *propriae* significationis sive formae, nunc *figuratae* significationis, sive *sensus*; apud Syros vero plerumque unice, vel, ut vulgo etiam apud Arabes, *sensus*, vel *formae* ratio habeatur. Ita v. c. Eccl. 7, 28. et 12, 8. est: *dixit* (prop. *dicens*) *Ecclesiastes* ܐܶܡܰܪ ܩܘܗܠܬ, sed Chald. אָמְרָה קֹהֶלֶת et אֲמַר קֹהֶלֶת, uti etiam Hebr. אָמְרָה קֹהֶלֶת et אָמַר הַקֹּהֶלֶת; Joh. 1, 1. ܡܶܠܬܳܐ (prop. *fem*, et *verbum* significans) de *Christo* usurpatum, cum Verbo *masculino*, contra vero

Act. 3, 23. ܢܰܦܫܳܐ *anima*, secus quam נֶפֶשׁ et نَفْسٌ, pro *homine* positum, cum Verbo *feminino* construitur. Conf. porro § 71, III.

Obs. 1.

De alia quadam affectione hujusmodi Nominibus in sermone Syriaco praesertim propria.

Obs. 2.

De alia terminationis femininae in singulari numero apud Hebraeos et Arabes vi.

III.

Nomina singularia neutrius generis.

Ex iis, quae in hujus paragraphi exordio diximus, sequitur, *neutrum*, quod vocatur *genus*, aliis in linguis peculiaribus quibusdam terminationibus distincte indicatum, apud Aramaeos non alia ratione, quam apud Hebraeos et Arabes exprimi posse. Itaque terminatio modo *masculina*, modo *feminina* ad hujus quoque *generis* vim indicandam usurpatur: ut טֹב, ܛܳܒ *bonum*, בִּישׁ, ܒܺܝܫ *malum*, שְׁנִי a שְׁנוּת *mirabile*,

ܬܶܕܡܪ̈ܳܬܳܐ *miranda*, prorsus ut apud Hebraeos et Arabes. Conf. item Nomina Substantiva, more etiam Hebraeorum et Arabum, *adverbialiter* posita. Vid. § 82, 2.

IV.

Nomina singularia communis generis.

Communis sive *utriusque generis*, more etiam Hebraeorum et Arabum, sunt Nomina plerorumque *animalium:* ut גַּמְלָא, ܓܰܡܠܳܐ *camelus* et *camela.* Pauca terminatione *genus* distinguunt, sed ea quoque ipsa subinde *communis generis* sunt: ut תּוֹרָא, ܬܰܘܪܳܐ *bos*, תּוֹרְתָא, ܬܰܘܪܬܳܐ *vacca*, תּוֹר, ܬܰܘܪ *bos* et *vacca.* Pauca etiam quaedam alia: ut מִיתָא, ܡܺܝܬܳܐ *mortuus* et *mortua*, ܡܺܝܬܬܳܐ *mortua.* Nonnulla quoque subinde tanquam *epicoena* usurpantur: ut דוב מְתַכֵּל *ursa orbata.*

Hujus pariter *generis* habentur cum, variis de caussis, quarundam rerum *inanimatarum*, tum *numerorum* a 20 usque ad 90. Nomina, propterea quod una eademque terminatione, cujus sunt, *masculina* cum aliis orationis partibus non tantum *masculini*, verum etiam *feminini generis* construuntur.

§ 68.

NOMINUM NUMERUS.

Nominum *numerus* triplex est: *singularis*, *pluralis* et *dualis*.

I.

Numerus singularis.

1. Numeri *singularis* signum vix opus est, ut indicetur. Est enim prorsus, ut in *singulari* numero *generis masculini* signum, totum proprie *negativum*; quatenus nempe numeri *pluralis* et *dualis*, aeque ac *generis feminini*, signum fere cernitur in *positiva* quadam *terminatione*. Nihilominus tamen Nomina litera *radicali*, sive etiam litera, aut syllaba *servili*, non *pluralis*, vel *dualis* numeri signo terminata; uno verbo Nomina *singularis* numeri *utriusque generis* aliquando, ut in aliis item linguis vel propria sua indole, vel peculiari suo usu revera *collectiva* sunt, atque adeo de *pluribus* accipiuntur, quaeque propterea itentidem cum *multitudinis* nota, seu cum punctis *Ribui* scribi solent. Conf. § 7, II, 3, b.

2. Hujusmodi Nomina propter eam ipsam in primis caussam cum aliis orationis partibus modo *singularis*, modo *pluralis* numeri, subinde etiam alius, maxime

masculini generis construuntur. Conf. v. c. Exod. 33, 4. וְאִתְאַבַּלוּ — וּשְׁמַע עַמָּא, ut etiam Hebr. וַיִּשְׁמַע הָעָם — וַיִּתְאַבָּלוּ *et audivit populus — et luxerunt*, *et* Arab. وَلَمَّا سَمِعَ ٱلْقَوْمُ — حَزِنُوا *et cum audisset populus — contristati sunt*, Syr. ܘܫܡܥܘ ܥܡܐ — ܘܐܬܐܒܠ *et audiverunt populus et luxit;* Num. 14, 1. וַאֲרִימַת כָּל כְּנִשְׁתָּא - וִיהַבוּ, ut Hebr. וַתִּשָּׂא כָּל הָעֵדָה וַיִּתְּנוּ *Et elevavit totus coetus et extulerunt vocem suam*, Syr. ܘܐܪܝܡܬ ܟܠܗ ܟܢܘܫܬܐ ܘܐܪܝܡܘ *et vociferata est universa congregatio et extulerunt*, et Arab. فَرَفَعَ ٱلْجَمَاعَةُ وَبَكَوْا *Elevavit ergo turba voces suas et fleverunt;* 2. Sam. 3, 1. *et domus Sauli* אָזְלִין וּמָאֲכִין, ut Hebr. הֹלְכִים וְדַלִּים, Syr. ܐܙܠܝܢ ܘܡܬܡܟܟܝܢ, uti etiam Arab. يَذْهَبُونَ وَيَتَمَسْكَنُونَ *magis magisque defecit et tenuior evasit:* prop. *abeuntes*, *et pauperiores*, sive, ut Arab. *abierunt* et *pauperiores evaserunt.* Conf. porro cum alia, tum

praesertim Nomina propria populorum § 75, I, 2. et de irrigulari numeri singularis usu § 71, III.

Obs. 1.

De nonnullis exemplis minus bene, ut videtur, a quibusdam grammaticorum ad collectiva relatis.

Obs. 2.

De alia ratione, qua Nomina collectiva subinde in sermone cum Hebraico tum Arabico formantur.

Obs. 3.

De peculiari quadam Nominnm collectivorum in Hebraico et Arabico sermonibus ratione.

3. In sermone Aramaeo, quemadmodum in ceteris dialectis aliisque linguis varia de caussa quaedam Nomina non nisi in *singulari* usurpantur; e quorum numero praesertim a grammaticis citari solent Nomina, quibus *integra* solidarum, aridarum fluidarum aliarumque hujusmodi rerum indicatur *materies*, non vero hujus materiae *partes*, *genera* sive *species:* ut v. c. כֶּסֶף, ܟܣܦܐ, *argentum*, לֶחֶם, ܠܚܡܐ *panis*, דְּבַשׁ, ܕܒܫܐ *mel.* Et ita etiam aliquot Nominum tantummodo *pluraliter* usurpantur. Conf. *num.* II, 1, ζ.

Obs.

De alia forma, qua hujus generis Nomina apud Chaldaeos et Arabes etiam subinde exprimuntur.

II.

Numerus pluralis.

Character Numeri *pluralis* cernitur in duplici terminatione, altera *masculina*, altera *feminina*, et utriusque porro triplex est forma: una *absoluta*, una *emphatica* et una *constructa*. Nam, ut in *singulari*, ita etiam in *plurali* numero Nomina saepe triplicem hanc formam habent, de qua § 69. plura.

De harum terminationum prima sive *absoluta* hic loci, de secunda, sive *emphatica* § 69. et de tertia, sive *constructa* locis ibidem citatis agendum.

1. Solita terminatio *masculina* statui *absoluto* dicata, est ִין, ـِين, quae proprie apponitur, ut ִים apud Hebraeos et ُونَ apud Arabes, *masculinae* formae *absolutae*, atque adeo formam *singularem*, praeter novam, qua eam auget semper syllabam, saepe intactam relinquit, saepe vero varia ratione mutat, idque quidem propter diversam formae *masculinae*, cui apponitur, indolem, modo, praeter memoratam, nullam, modo haud unam etiam insuper aliam mutationem admittentem: paucis

sequitur plerumque rationem literae א, ܐ, qua *femininum genus*, ut § 67. vidimus, exprimitur, sed ita tamen, ut et multo pluribus formis apponatur, et etiam non similiter omnibus.

Obs.

De iis, quae obstare videntur positioni: terminationem pluralem formae absolutae apponi.

a. Priore modo, sive *simpliciter* apponitur: Verborum Participiis Nominibusque formae פְּקִיד, ܦܩܝܕ,

פְּקוֹד, ܦܩܘܕ, פָּקוֹד, ܦܳܩܘܿܕ aliisque formis et iis vario etiam modo *auctis*, propter *terminalem* vocalem *characteristicam;* Verborum porro Participiis Nominibusque, quae aut mediam *radicalem* vel *quiescentem*, vel sic etiam pulsam habent, aut, quae exitum habent *auctum* praesertim terminatione ܝ, ܢ̊ et ܢ̊. Ita v. c. est קְטִילִין, ܩܛܝܠܝܢ a קְטִיל, ܩܛܝܠ occisus, לְבוּשִׁין, ܠܒܘܫܝܢ a לְבוּשׁ, ܠܒܘܫ vestimentum, קָטוֹלִין, ܩܳܛܘܿܠܝܢ a קָטוֹל, ܩܳܛܘܿܠ homicida, גַּנָּבִין, ܓܰܢܳܒܝܢ a גַּנָּב, ܓܰܢܳܒ fur; שַׁפִּירִין, ܫܰܦܝܪܝܢ a שַׁפִּיר, ܫܰܦܝܪ pulcer;

לִיטִין, ܠܺܝܛܺܝܢ a לִיט, ܠܺܝܛ *maledictus*, טוּרִין, ܛܽܘܪܺܝܢ a טוּר, ܛܽܘܪ *mons*, טָבִין, ܛܳܒܺܝܢ a טָב, ܛܳܒ *bonus;* אָחֳרָנִין ab אָחֳרָן *alius*, ܥܶܢܝܳܢܺܝܢ a ܥܶܢܝܳܢ *negotium*, ܝܗܽܘܕܳܝܺܝܢ a ܝܗܽܘܕܳܝ *Judaeus*. Conf. § 43, 1, 2. § 45. § 58, I, 2. § 19, V, 1, 2.

b. Posteriore modo, sive non ita *simpliciter* reliquis Nominum formis apponitur, sed mox varii generis fiunt et vocalium et literarum mutationes.

α. In Verborum Participiis Nominumque formis vocales *terminales* sive *longae* sive *breves*, non *characteristicae*, partim *necessitatis*, partim *euphoniae* caussa in *Scheva* mutantur: ut כָּהֲנִין, ܟܳܗܢܺܝܢ a כָּהֵן, ܟܳܗܶܢ *sacerdos*, עָלְמִין, ܥܳܠܡܺܝܢ a עָלַם, ܥܳܠܰܡ *saeculum*. Vid. porro § 43, 2. § 45 et 46. § 19, III. § 20, III.

β. In Participio *activo* Speciei *Peal* Verborum cum media *Vau quiescentium*, tum media *defectivorum* litera vicaria א, ܐ, plane ut ante terminationem *femininam* in singulari numero, vel mutatur, vel una cum vocali pellitur. Vid. § 58, I, 3, II. § 50, 2. § 67, II, 1, b.

γ. Nominibus, quae Hebraeorum *Segolatis* respondent, restituitur forma antiqua, etsi nonnullis etiam

cum alia vocali. Ita est ܩܰܕܺܝܫ̈ܶܐ a ܩܰܕܺܝܫܳܐ *sanctum* pro ܩܰܕܺܝܫ, גְּבְרִין, ܓܰܒܪ̈ܶܐ a גְּבַר, ܓܰܒܪܳܐ *vir* pro גְּבַר, ܓܰܒܪ, אֶבְרִין ab אֵבֶר *ala* pro אֵבֶר, ܪ̈ܶܓܠܶܐ a ܪܶܓܠܳܐ *pes* pro ܪܶܓܠ, מַלְכִין, ܡܰܠܟ̈ܶܐ a מְלֵךְ, ܡܰܠܟܳܐ *rex* pro מַלְךְ, ܡܰܠܟ, סִפְרִין, ܣܶܦܪ̈ܶܐ a סְפַר, ܣܶܦܪܳܐ *scriptura* pro סְפַר, ܣܶܦܪ; ܝܰܘܡ̈ܶܐ a ܝܰܘܡܳܐ pro ܝܰܘܡ, sed יוֹמִין a יוֹם pro יוֹם *dies*, עֵינִין, ܥܰܝܢ̈ܶܐ a עֵין, sive עֵין, ܥܰܝܢܳܐ *oculus* pro עֵין, ܥܰܝܢ.

Obs.

De argumentis, quibus haec explicatio nititur, uti etiam de ejus exceptionibus.

Quaest.

Unde forma פוֹקְדִין *a sing.* פוֹקֵד *pro Hebraeorum* פֹּקֵד *substituta explicanda?*

δ. In Nominibus media *defectivis* ultima *radicalis* per

Dagesch forte duplicatur, et praecedens vocalis *longa*, more Hebraeorum, in *brevem* mutatur. — Apud Syros vero in hujusmodi Nominibus vel nihil mutatur, vel media apud Chaldaeos pulsa et per *Dagesch forte* in tertia *radicali* compensata restituitur et cum lineola *occultante* scribitur. Ita גַּבִּים est a גַּב *dorsum*, מִלִּין, ܡܶܠܶܝܢ ab inusit. מֵל, ܡܶܠܬܳܐ *verbum*, עַמִּים, ܥܰܡܡܶܝܢ a עַם, ܥܰܡܳܐ *populus*. Conf. § 27, II.

ε. In Participiis terminatio אֵ, ָן et יֵ, ܶܐ pellitur, idque quidem ita, ut ipsa terminatio *pluralis* ִין, ܺܝܢ quoque mutetur in ַיִן, ܰܝܢ. Ita v. c. est גָּלַיִן, ܓܳܠܰܝܢ pro גָּלְאִין, ܓܳܠܝܺܢ a גָּלֵא, ܓܳܠܶܐ *revelans*. Conf. reliqua Participia. De irregulari numeri pluralis masc. gen. usu vid. § 71, III.

Obs. 1.

De terminatione ָן pro ַיִן in Participiis aliquoties usurpata, sed ab omnibus grammaticis non probata.

Obs. 2.

De בַּר, ܒܰܪ *filius et de* שֵׁם, ܫܶܡܳܐ *nomen aliisque vocibus irregularis in plurali numero formae.*

ζ. Quemadmodum, ut modo (*num.* I. 3.) vidimus, aliquot Nominum tantummodo *singularis*, ita etiam, sed alia maxime de caussa, aliquot tantummodo *pluralis* numeri sunt: ut פָּנִים, ܐ̈ܦܐ *facies*, חַיִּין, ܚ̈ܝܐ *vita*, alia, quaeque vulgo etiam ratione habita formae, ut *pluralia masculina* construuntur. Ita v. c. Gen. 4, 5. ܘܐܬܟܒܫܘ ܐ̈ܦܘܗܝ ,וְאִתְכְּבִישׁוּ אַפּוֹהִי *et submissae sive subtristes sunt facies ejus*, uti etiam Hebr. וַיִּפְּלוּ פָּנָיו *et deciderunt facies ejus*, sed Arab. وَسَقَطَ وَجْهُهُ *et decidit vultus ejus.*

Obs.

De peculiari constructione, qua aliquot horum Nominum sese in sermone Syriaco distinguunt.

Quaest.

Quas maxime ob caussas quaedam Nomina pluralia non nisi pluraliter usurpantur.

2. Terminatio *feminina* status *absoluti* est ָן, ܢ̊, *constructi* ַת, ܬ̊ et *emphatici* תָא, ܬ̊ܐ, sed de hac § 69. ut de ista § 71. I. plura. Illa autem, hoc loco

41*

describenda, regulariter formae singulari *absolutae* aliquo *feminini generis* exitu § 67. instructae apponitur, ita ut hicce exitus qualiscunque tandem semper quodammodo plus minusve mutetur, uti ipsa etiam saepe quarundam vocum forma ante hanc terminationem.

a. Exitus ָא, ܬܐ, ut exitus ָה apud Hebraeos ante terminationem וֹת, et exitus ة apud Arabes ante terminationem اَتٌ, pellitur. Terminatio porro *pluralis* pulsi ita hujus exitus locum simpliciter occupat, nullam aliam plerisque Nominum formis mutationem afferens. Ita v. c. est קְצִיצָן, ܩܨܝܨܢ a קְצִיצָא, ܩܨܝܨܬܐ *abscissa*, סַגִּיאָן, ܣܓܝܐܢ a סַגִּיאָה, ܣܓܝܐܬܐ *multa*; כַּלָּן a כַּלָּא *sponsa*, בִּישָׁן, ܒܝܫܢ a בִּישָׁא, ܒܝܫܬܐ *mala*, טָבָן, ܛܒܢ a טָבָא, ܛܒܬܐ *bona*, אָמְרָן, ܐܡܪܢ ab אָמְרָא, ܐܡܪܬܐ *dicens*. Conf. porro § 67, II, 1. — Apud Syros vero Nomina media *defectiva* post pulsum hunc exitum, sicut ejusdem indolis Nomina *masculina*, propter appositam terminationem *pluralem*, pulsam suam mediam *radicalem*, sed cum lineola *occultante* scriptam recipere solent. Ita v. c. ܟܠܠܢ est a ܟܠܬܐ *sponsa*. Conf. porro *num.* II, 1, δ.

Obs.

De varii generis formis irregularibus.

b. Forma *singularis* terminationem ܬܳ habens, post pulsam ܬ resumit originalem suam literam ܘ per relictam pulsae terminationis vocalem *mobilem*, eamque simul indivulsum terminationis *pluralis* comitem, et ad secundam *radicalem* accipit vocalem *Petocho*, ut ita trium literarum ante unam vocalem pronuntiandarum tollatur difficultas. Ita v. c. est ܡܢܰܘ̈ܳܢ a ܡܢܳܬܐ *portio.*

c. *Feminini generis* notae ܐ, ܘ, ܝ et ܬ *quiescentes*, pulsa vocali *u* et *i* fiunt *mobiles*, ut ita iis terminatio *pluralis* apponi queat.

Prioris terminationis nempe ܘ formae syllabam praecedentem *puram* habentes, ad alteram *radicalem*, vel nullam accipiunt vocalem, vel *Petocho* aut *Rebozo:* quam vocalem etiam ad secundam *radicalem* subinde facilioris pronuntiationis gratia pro Chaldaeorum *Schevate mobili* accipiunt Nomina, quorum prior syllaba non *pura*, sed *mixta* est. — Ceterae hujus terminationis formae, ad primam *radicalem* non habentes vocalem, et propterea cum formis Hebraeorum *Segolatis* a Verbis, quorum tertia *radicalis* est *quiescens*, ductis comparari solitae, vel ad hanc *radicalem* accipiunt vocalem,

quae primae *radicali* in nominatis apud Hebraeos Nominum formis originalibus propria esse solet, vel alteri *radicali* adscribitur vocalis subsidiaria ad evitandum trium literarum ante unam vocalem concursum. Ita v. c. est ܒܥܘܬܐ a ܒܥܘܬܐ *petitio*, ܡܪܘܬܐ a ܡܪܘܬܐ *dominium*, ܣܗܕܘܬܐ a ܣܗܕܘܬܐ *testimonium*, ܡܠܟܘܬܐ et ܡܠܟܘܬܐ a ܡܠܟܘ, מַלְכוּ, מַלְכְוָן *regnum*; זְכִין a זְכוּ *puritas*, ܡܚܘܬܐ a ܡܚܘܬܐ *plaga*; ܕܡܘܬܐ a ܕܡܘܬܐ *similitudo*, ܨܠܘܬܐ a ܨܠܘܬܐ *preces*.

Posterioris terminationis nempe ’, ـ formae pariter vel nullam, vel similem subeunt mutationem. Si hanc terminationem praecedit syllaba *mixta*, nihil mutatur; si eam praecedit syllaba *pura*, haec *pura* syllaba, non cum litera *quiescente* scripta, fit *mixta*; si denique nulla praecedit syllaba, atque adeo si non habetur vocalis ante literam cum ipsa terminatione pronuntiandam, prima tum *radicalis* accipit eam ipsam plerumque vocalem, quam habere solet prima *radicalis* in statu *absoluto* Nominum, quae Hebraeorum *Segolatis* a Verbis, quorum tertia *radicalis* est *quiescens*, ductis respondent. Ita v. c. est מַשְׁרְיָן a מַשְׁרֵי *exercitus*, ܐܫܬܐܣܝܬܐ a ܐܫܬܐܣܝܐ *fundatio*, ܝܘܬܪܢܐ a ܝܘܬܪܢ *lucrum*; שִׁבְיָן a שְׁבִי *captivitas*; ܒܪܝܬܐ a ܒܪܝ *creatio*

De irregulari in *plurali* numero *feminini generis* usu vid. § 71, III.

Obs. 1.

De alia harum formarum apud Chaldaeos maxime ratione.

Obs. 2.

De varia ratione, qua terminatio pluralis Nominibus compositis apponitur.

Obs. 3.

De formae pluralis, quae vocatur, excellentiae usu.

Quaest.

Quas maxime ob canssas aliquando accidit, ut quaedam variae indolis Nomina masculina femininam, feminina masculinam, nonnulla utramque terminationem simul, subinde etiam alia cum vi, habeant?

III.

Numerus dualis.

Character Numeri *dualis* est terminatio ַיִן, ָן, ֵין, ـَيْنِ; quemadmodum apud Hebraeos ַיִם aliquando ֵים et

apud Arabes انِ. Est ergo haec terminatio in sermone Aramaeo non quidem penitus inaudita, sed tamen tam raro usurpata, ut paucissima et propemodum nulla ejus inveniantur exempla. Scilicet non tantum pro Arabum, verum etiam pro Hebraeorum terminatione *duali* terminationem *pluralem* fere semper substituunt Aramaei. Ita v. c. *binae manus* Hebraeis et Arabibus exprimuntur יָדַיִם, يَدَانِ, Chaldaeis vero ac Syris יְדַיִן, ܐܝ̈ܕܝܢ. Ubi terminationem *dualem* usurpant, usurpant eam more Hebraeorum in solis Nominibus, non vero more Arabum in cunctis orationis partibus.

Qua denique ratione apponatur, et quas mutationes Nominibus, quae eam accipiunt, afferat, sponte percipitur iis, quae modo de terminatione *plurali* monuimus. Quapropter acquiescere possumus in commemorandis exemplis vulgo a grammaticis adduci solitis. Sunt autem illa: מָאתַיִן sive מָאתָן. ܡܐܬܝܢ *ducenti*, תְּרֵין, ܬܪܝܢ *duo*, ܬܪܬܝܢ *duae*, ܡܨܪܝܢ *Ægyptus*, קַרְנַיִן a קֶרֶן *corna* et pauca quaedam alia e Chaldaismo biblico petita. Hinc in neutra dialecto *duo millia* forma *duali* more Hebraeorum et Arabum exprimitur. Hinc Nomina *dualia* cum Verbis ceterisque orationis partibus plerumque *pluralis*, more Hebraeorum, subinde etiam *singularis* numeri, more Arabum, construuntur. Conf. porro § 71, I, 2 et §. 73 I, 1, 3.

Quaest. 1.

Quare multo frequenter apud Arabes quam apud Hebraeos, et tam rarus tam fere nullus apud Aramaeos terminationis hujus usus est?

Quaest. 2.

Quomodo Hebraeorum Nomina propria, quae dualem habent terminationem sermone Aramaeo exprimuntur?

§ 69.

NOMINUM STATUS.

Nomina sua indole non determinata, eadem quidem vi, et summatim etiam, nec tamen prorsus eodem in Aramaeorum, quo in Hebraeorum et Arabum sermone, modo determinantur. Quamobrem in hac nostra item Institutione nobis describendus est Nominum, qui vocatur, *status*. Et Nominum quidem *status* triplex est: *absolutus*, *constructus* et *emphaticus*.

Obs.

De tribus hisce, quibus diversus Nominum status distinquitur, appellationibus, ab omnibus grammaticis non pari ratione explicitis.

I.

Status absolutus.

Status, qui proprie appellatur *absolutus* in Aramaeo, ut in Hebraico et Arabico sermonibus proponit formam Nominum *nudam* et *auctam*, etiam, quae cum *motionis*, *dualis* et *pluralis* numeri terminationibus flexa est. Et de hoc quidem Nominum statu hactenus proprie potissimum egimus. Conf. § 64. 65. 66. 67. 68.

II.

Status emphaticus.

Status, qui vocatur *emphaticus* tam frequentissimi usus est, ut fere semper omnibus tam utriusque generis, quam cujusvis et originis et formae et numeri Nominibus, non aut sua indole, aut duplici alia ratione determinatis proprius esse soleat. Conf. § 67. 63. 64. 65. 66. 73. 74. 70. 68. 75. 71. 93. 94. Et cognoscitur regulariter terminatione אָ, ܳܐ, vel אֵ, ܶܐ, quae Nominum formae *absolutae*, eique cum *nudae* tum *auctae* et utriusque tam generis quam numeri apud Aramaeos pari plerumque proposito apponitur, quo talibus Nominibus apud Hebraeos ה et apud Arabes praeponi solet اَلْ *Articulus:* ut v. c. מַלְכָּא, ܡܰܠܟܳܐ,

הַמֶּלֶךְ ٱلْمَلِكُ *rex.* Sed, uti suo, quem occupat loco, ita, et ob eam ipsam hoc caussam, etiam multiplici sua, quam in haud paucas Nominum formas exercet, vi, multum a memorato illo Hebraeorum et Arabum *Articulo* discrepat. Age ergo indicemus distinctius status hujus vim in externum Nominum habitum. Et haec quidem vis eo redit, ut apponatur, vel *nude*, seu *simpliciter*, ita ut proxime tantum praecedentem literam sibi vindicet, vel *non nude*, sive *non simpliciter*, ita ut alia insuper ratione Nominum formas mutet: mutet ratione habita modo literarum, modo punctorum, modo literarum ac punctorum simul. Atque adeo eatenus haec terminatio refert literam א, ܐ, feminini generis notam (§ 67.) ac terminationem pluralem utriusque generis (§ 68.) descriptam.

1. *Simpliciter* apponitur singularibus masculini exitus Nominibus, quorum aut vocalis *terminalis*, aut media *radicalis* est litera *quiescens*, eaque etiam sic suppressa; quorum porro vocalis terminalis est *Secopho* et plerumque pariter *Kamets*, aut forma est *aucta* terminationibus, ܘ̊, וֹן, ָן, ܝ̊, ܘܢ̊, et ܘܣ̊; uti etiam denique Nominibus, quorum terminatio singularis feminina est ܬ̊. Ita v. c. est קְטוּלָא, ܩܛܘܠܐ a קְטוֹל, ܩܳܛܘܿܠ *homicida,* לְבוּשָׁא, ܠܒܘܫܐ a

לְבוּשׁ, ܠܒܘܫ *vestimentum*, טוּרָא, ܛܘܪܐ a טוּר, ܛܘܪ *mons*, יוֹמָא a יוֹם *dies*, טָבָא, ܛܒܐ a טָב, ܛܒ *bonus*; שְׁלָמָא, ܫܠܡܐ a שְׁלָם, ܫܠܡ, ut Hebr. שָׁלוֹם et Arab. سَلَام *pax*, טַבָּחָא, ܛܒܚܐ a טַבָּח, ܛܒܚ, Hebr. item טַבָּח et Arab. طَبَّاخ *coquus*; ܢܘܟܪܝܐ a ܢܘܟܪܝ *peregrinus*, ܝܗܘܕܝܐ a ܝܗܘܕܝ *Judaeus*, שִׁלְטוֹנָא, שׁוּלְטָנָא, ܫܘܠܛܢܐ a שִׁלְטוֹן, שׁוּלְטָן, ܫܘܠܛܢ, Arab. item سُلْطَان *potestas, imperator*, ܫܒܪܐ a ܫܒܪ *puellus*, ܓܒܪܘܢܐ a ܓܒܪܘܢ *vir parvulus*, ܡܢܬܐ a ܡܢܬ *portio*. Conf. § 67. et alia exempla § 63. 64. 65. et 66. adducta.

2. Ceteris vero Nominum formis non ita *simpliciter* apponitur, sed modo hujus, modo alius mutationis in iis caussa esse solet. Veruntamen omnis mutatio qualiscunque tandem in Nominibus *dualis* et *pluralis* numeri ad unum potissimum exitum pertinet.

a. In singularis numeri masculini generis Nominibus, quae Hebraeorum *Segolata* referunt, antiqua summatim resumatur plerumque forma cum alia tamen subinde, maxime apud Syros, vocali sub prima *radicali*.

Ita v. c. est גְּבָרָא, ܓܰܒܪܳܐ a גְּבַר, ܓܒܰܪ vir, מַלְכָּא, ܡܰܠܟܳܐ a מְלֵךְ, ܡܶܠܶܟ rex, ܚܶܠܡܳܐ a ܚܶܠܡ somnium; קֻדְשָׁא sive קֻדְשָׁא, ܩܽܘܕܫܳܐ a קֹדֶשׁ, ܩܽܘܕܫ sanctitas; עַיְנָא sive עֵינָא, ܥܰܝܢܳܐ a עַיִן, ܥܰܝܢ oculus; ܝܰܘܡܳܐ a ܝܰܘܡ dies; שְׁבְיָא, ܫܶܒܝܳܐ a שְׁבִי, ܫܶܒܝ captivitas; שְׁלְוָא, ܫܶܠܘܳܐ a שְׁלוֹ, ܫܶܠܘ tranquillitas. Conf. 63, 1, 2, 3.

b. In alius formae Nominibus singularis numeri masculini generis vocalis terminalis *brevis* et etiam, excepta *Kamets*, quae, ut modo *num.* 1. vidimus, *immutabilis* manet, *longa* non cum litera *quiescente* aut scripta aut scribenda pellitur, substituto pro hac vocali pulsa apud Chaldaeos *Schevate*, et apposito accentu *euphonico* praecedenti vocali longae: ut עָלְמָא, ܥܳܠܡܳܐ a עָלַם, ܥܳܠܰܡ saeculum, כָּהֲנָא, ܟܳܗܢܳܐ a כָּהֵן, ܟܳܗܶܢ sacerdos. Huc etiam referri possunt aliquot duarum literarum Nomina: ut בְּרָא, ܒܪܳܐ a בַּר, ܒܰܪ filius, שְׁמָא, ܫܡܳܐ a שֵׁם, ܫܶܡ nomen.

c. In ejusdem numeri ac generis Nominibus media

defectivis, ultima apud Chaldaeos accipit *Dagesch forte*, et praecedens vocalis *longa* corripitur in *brevem*: ut חַיָּא, ܚܰܝܳܐ a חַי, ܚܰܝ *vicus*, לִבָּא, ܠܶܒܳܐ a לֵב, ܠܶܒ *cor*.

d. In ejusdem numeri et generis Nominibus tertia א, ܐ et י, ܝ *quiescentibus*, utraque haec litera, pulsa vocali, mutatur in י, ܝ *mobilem*; et pro Adjectivorum terminatione ִי substituitur ָאָה, quemadmodum ܝܳܐ pro terminatione ܳܝ, ut modo *num.* 1. vidimus, et denique vocalis *Petocho* terminationis ܰܝ pellitur: ut v. c. ܡܳܪܝܳܐ a ܡܳܪܳܐ, מָרָא *dominus*, ܓܠܝܳܐ et ܓܶܠܝܳܐ a ܓܠܶܐ *revelatus*, אָסְיָא et אַסְיָא, ܐܳܣܝܳܐ ab אָסֵי ܐܳܣܶܐ *medicus*; יְהוּדָאָה a יְהוּדִי *Judaeus*; ܡܰܣܚܠܝܳܐ a ܡܰܣܚܠܶܐ *convicium*. Conf. porro *num.* 2. a. et *num.* 1.

e. In Nominibus singularis numeri feminini generis terminatio cum varia sit, vario modo mutatur.

α. Terminationis ָא, ܳܐ non frequenter usurpatae, sed plerumque ex una analogia assumendae (§ 67, II, 1.) litera mutatur in ת, ܬ, et vocalis in *Scheva*; proxime vero praecedens litera, sive media *radicalis*, nullam mutationem subit, vel *necessitatis* caussa *subsidiariam*, vel *euphoniae* caussa primae *radicalis*

vocalem, eamque cum alia permutatam accipit, vel tertia *radicalis* traditur *quieti*, ita ut subinde primae *radicalis* vocalis pellatur pro diversa forma *absoluta*, quae modo hujus, modo alius indolis est. Ita v. c. est חָכְמְתָא, ܚܶܟ݂ܡܬܳܐ a חָכְמָא, ܚܶܟ݂ܡܳܐ *sapientia*, בְּתוּלְתָא, ܒܬܘܠܬܳܐ a בְּתוּלָא, ܒܬܘܠܳܐ *virgo*, כַּלְּתָא, ܟܰܠܬܳܐ a כַּלָּא, ܟܰܠܳܐ *sponsa*, מְדִינְתָא, ܡܕܺܝܢܬܳܐ a מְדִינָא, ܡܕܺܝܢܳܐ *civitas*, אַרְמַלְתָא, ܐܰܪܡܠܬܳܐ ab אַרְמְלָא, ܐܰܪܡܠܳܐ *vidua*; עֲלַלְתָא, ܥܰܠܠܬܳܐ a עֲלָלָא, ܥܰܠܠܳܐ *proventus*, חֲבַרְתָּא, ܚܒܰܪܬܳܐ a חַבְרָא, ܚܰܒܪܳܐ *socia*; ܚܰܝܘܬܳܐ a ܚܰܝܘܳܐ (sed Chald. חַיְתָא a חֵיוָא) *bestia*, ܨܘܚܝܬܳܐ a ܨܘܚܳܝܐ *convitium*; ܛܠܝܬܳܐ a ܛܠܝܳܐ, sed Chald. טַלְיְתָא, טַלּוּתָא et טַלְיוּתָא a טַלְיָא *puella*. Terminatio autem ־ָאָה, ܶܐ̈ a forma ־ִי, ܺܝ ducta, mutatur in ־ִיתָא sive in ־ֵיתָא, ܝܬܳܐ. Ita v. c. קַדְמָיְתָא, קַדְמֵיתָא, ܩܰܕܡܳܝܬܳܐ a קַדְמָאָה, ܩܰܕܡܳܝܐ *prima*, *prior* a forma masc. *absoluta* קַדְמִי, ܩܰܕܡܝ. Conf. porro § 74.

β. Terminationes וּ, וֹ, ܘ et ִי, ܺܝ per *apocopen* literae ת, ܬ in statu *absoluto* sic scribi solitae (§ 67, 3, 4, 5.) mutantur in וּת, וֹת, ܘܬ et ִית, ܺܝܬ atque adeo aliis verbis in integrum restituuntur, quibus, ut etiam terminationi ܬܳܐ, sine ulla in ipsis vocibus mutatione *emphaseos* nota apponitur. Ita v. c. est צְלוֹתָא a צְלוֹ *precatio*, מַלְכוּתָא, ܡܰܠܟܽܘܬܳܐ a מַלְכוּ, ܡܰܠܟܽܘ pro מַלְכוּת, ܡܰܠܟܽܘܬ *regnum*, רִבִּיתָא, ܪܶܒܺܝܬܳܐ a רִבִּי, ܪܶܒܺܝ pro רִבִּית, ܪܶܒܺܝܬ *usura*, ܡܢܳܬܳܐ a ܡܢܳܬ *portio*.

f. In Nominibus pluralis numeri, masculini generis terminatio ִין, uti etiam ܺܝܢ in ַיָּא, sed prior ִין, forma ab exitu ַי ducta, sive terminatio אִין in ָאֵי, vel אֵי, ܺܝܢ porro in ܶܐ et ܶܝ in ܶܐ̈ mutatur. Ita v. c. est מַלְכַיָּא, ܡܰܠܟܶܐ ab *abs.* מַלְכִין, ܡܰܠܟܺܝܢ *reges*, כָּהֲנַיָּא, ܟܳܗܢܶܐ ab *abs.* כָּהֲנִין, ܟܳܗܢܺܝܢ *sacerdotes*, שְׁמַיָּא ab *abs.* שְׁמַיִן *coeli*, קַדְמָיֵא et קַדְמָאֵי ab *abs.* קַדְמָיִין et קַדְמָאִין a sing. קַדְמַי *emph.* קַדְמָאָה *primus*, כַּשְׂדָיֵא vel כַּשְׂדָאֵי ab *abs.* כַּשְׂדָיִין vel כַּשְׂדָאִין a

sing. כַּשְׂדַי *emph.* כַּשְׂדָאָה *Chaldaeus*, יְהוּדָאֵי ab *abs.* יְהוּדָאִין a sing. יְהוּדַי *emph.* יְהוּדָאָה *Judaeus*, ܫܒܝܐ ab *abs.* ܫܒܝܢ *captivi*, ܣܢܝܐ ab *abs.* ܣܢܝܢ *odio habentes.*

g. In Nominibus plur. num. fem. gen. pro terminationis litera *Nun* ponitur *Tau:* ut חַכִּימָתָא, ܚܟܝܡܬܐ ab *abs.* חַכִּימָן, ܚܟܝܡܢ *sapientes*, אַרְמְלָתָא, ܐܪܡܠܬܐ ab *abs.* אַרְמְלָן, ܐܪܡܠܢ *viduae*, כַּלָּתָא, ܟܠܬܐ ab *abs.* כַּלָּן, ܟܠܢ *sponsae*, חֵיוָתָא, ܚܝܘܬܐ ab *abs.* חֵיוָן, ܚܝܘܢ *bestiae*, קַדְמָיָתָא, ܩܕܡܝܬܐ ab *abs.* קַדְמָאָן sive קַדְמָיָן, ܩܕܡܝܢ *primae*, מַלְכְוָתָא, ܡܠܟܘܬܐ ab *abs.* מַלְכְוָן, ܡܠܟܘܢ *regna;* ܡܢܘܬܐ ab *abs.* ܡܢܘܢ *portiones.*

h. Denique in Nominibus dualis numeri terminatio יִן in יָא mutatur: ut רַגְלַיָּא a רַגְלַיִן *pedes.*

Obs.

De alia ratione, qua varii generis emphasis in sermone Syriaco exprimitur.

III.

Status constructus.

Tertius denique *status* vocatur *constructus*, sive *regiminis*, qui cujusvis formae cum *nudae* tum *auctae*, cujusvis item numeri, generis et casus Nomen, sed non proprium neque etiam Pronomen, sive *personale*, sive *demonstrativum*, arctissime, una veluti eademque pronuntiatione cum alio cujusvis etiam formae, numeri et generis Nomine aut Adfixo conjungit, ita ut hocce non tantum appositum Nomen, verum etiam Adfixum semper proprie per *Genitivum* reddendum sit. Quamobrem hicce *status*, etiam *status* appellatur *Adfixionis*. Plerumque quidem non hac, sed alia ratione in sermone Aramaeo, praesertim in Syriaco Nomen cum Nomine conjungitur. Ubi vero haec Nominum conjunctio locum habet, ibi quoque, more Hebraeorum et Arabum, in priore Nomine omnia, quae arctissimae illi ejus cum posteriore Nomine unioni obstant, quoad ejus fieri potest, evitantur, pelluntur, vel mutantur. Vid. porro § 70, I, 2. § 71. I. et in *Parte* IV. *Cap.* II.

§ 70.

IPSA, QUAE VOCATUR, NOMINUM DECLINATIO.

Non magis in lingua Aramaea, quam in Hebraica

ceterisque linguis Orientalibus terminationis diversitate exprimitur aut Nominum *declinatio*, aut *gradus*, sive *comparativus* sive *superlativus ;* sed omnen proprie in iis et *casuum* et *graduum* diversitatem indicat sola, quae vocatur, *constructio*, eaque unice alia pro alia sermonis serie. Quae enim usurpantur *casuum* ac *graduum* notae, eae sunt certae quaedam Particulae Nominibus propositae, sed quae Particulae sive Praepositiones, ut vulgo appellantur, subinde non usurpantur, et usurpatae semper omnem, quam in apposita illa Nomina exercent vim, e sermonis cohaerentia accipiunt. Nam per se revera fluctuant, quatenus tantum abest, ut ubique modo hujus, modo alius *casus* notae sint, ut vice plus simplici longe aliam vim habeant. In sermonis quidem Arabici dialecto, ad artis diligentiam omnium maxime exculta, habetur aliqua Nominum *declinatio*, uti etiam certa quaedam forma, qua modo *comparativus*, modo *superlativus* exprimitur *gradus ;* nec tamen habetur ita, ut germana, modo a nobis descripta, diversorum in linguis Orientalibus *casuum graduumque* exprimendorum ratio, aut praecipuus eorum usus et vis obscuretur quodammodo, multo minus ut tollatur.

Quae cum ita sint, intelligitur, in sermone etiam Aramaeo non aliam summatim, aut esse, aut esse posse, quam in Hebraico et Arabico, cum *casunm* tum *graduum* et formam et usum et vim.

Quibus sic praemissis, age videamus de hoc etiam grammatices loco paullo distinctius.

I.

Nominum casus.

1.

NOMINATIVUS.

A. *Nominativi nota.*

Nominativus non minus frequenter cum א, ܐ *emphatica* apud Aramaeos, quam cum cum *Articulo* apud Hebraeos et Arabes scribi solitus, indicatur, ut fere semper etiam Vocativus, sola verborum cohaerentia, non vero, ut Genitivus, praecedentis vocis forma, aut ut reliqui *casus* praemissa vulgo quadam Particula; etsi Nominativus Subjecti *definiti* aliquando, *emphaseos* etiam subinde caussa construitur cum יַת, sicut apud Hebraeos cum Particula אֶת: ut v. c. Gen. 17, 5. *Et non vocabitur amplius* יַת שְׁמָךְ, Hebr. etiam אֶת שִׁמְךָ, sed Syr. simpliciter ܫܡܟ et Arab. أَسْمُكَ *nomen tuum;* Jos. 22, 17. *Num parum nobis erat* יַת חוֹבָא, uti etiam Hebr. אֶת עֲוֹן *ipsum peccatum Peoris?* sed Syr. simpliciter ܣܟܠܐ et Arab. وِزْرُ *peccatum Peoris?* — Nominativo tamen Subjecti

apud Syros subinde praeponitur Particula ܠ, quemadmodum Nominativo Praedicati apud Arabes etiam Particula *Lam.:* ut v. c. Apoc. 9, 11. *et est iis rex...* ܠܡܠܐܟܐ *angelus abyssi.*

B. *Nominativi usus.*

a. Nominativus, more Hebraeorum et Arabum in sententiarum principio haud semel apud Aramaeos quoque, non tantum *emphaseos*, verum *perspicuitatis* etiam et *ornatus* caussa, ita *absolute* pro *Nominativo*, aut casu *obliquo* ex ordine proprie simpliciter usurpando positus invenitur, ut commode per *quod attinet ad*, aut hujusmodi aliam circumscriptionem explicetur. Et diversa diversorum *casuum* nota plerumque est diversus Pronominum, quae sequuntur, *casus*, ita tamen, ut Nominativi insuper nota sit ו, ܘ *copulativa*, qua, ut apud Hebraeos etiam, ea maxime incipit sententiae pars, quae docet praemissum Nominativum *absolutum* proprie efficere Subjectum, quemadmodum hujusmodi sententiae pars apud Arabes incipit a Particula فَ, posita ita simul ante ipsum Nominativum *absolutum* Particula أَمَّا *quod attinet ad.* Ita v. c. est *Nominativus* Gen. 22, 24. *et quod ad concubinam ejus attinet:* וילדת אף־היא, ܘܝܠܕܬ ܐܦ ܗܝ; ut Hebr. ותלד גם היא et etiam hoc

loco Arab. وَلَدَتْ هِيَ أَيْضًا *ea quoque peperit*, pro *et ejus concubina quoque peperit:* prop. *et ejus concubina, et peperit quoque ipsa;* — *Genitivus* Ps. 11, 4. *quod ad Deum attinet: in coelo,* (Chald. *in coelo altissimo*). כּוּרְסֵיהּ, ܟܘܪܣܝܗ, uti etiam Hebr. כִּסְאוֹ et Arab. كُرْسِيُّهُ *solium ejus est*, pro *Dei solium est in caelo:* prop. *Deus in coelo solium ejus est;* — *Dativus* Exod. 32, 1. *Quod ad Mosem, qui nos ex Ægypto eduxit attinet: nescimus* מָה הֲוָא לֵיהּ, ܡܢܐ ܗܘܐ ܠܗ, uti etiam Hebr. מֶה הָיָה לוֹ *quid ei evenerit*, Arab. مِنْ أَمْرِهِ *de re ejus*, pro *Mosi* etc. prop. *Moses .... quid fuerit ei;* — *Accusativus* Ps. 74, 17. *quod ad aestatem et hiemen attinet:* אַנְתְּ בְרָאתְנוּן, ܐܢܬ ܒܪܝܬ ܐܢܘܢ, uti etiam Hebr. אַתָּה יְצַרְתָּם et Arab. أَنْتَ خَلَقْتَهُمَا *tu creasti ea*, pro *aestatem* et *hiemen:* prop. *aestas* et *hiems tu creasti ea;* — *Ablativus* Num. 14, 24. *Quod ad servum meum Calebum attinet: propterea quod fuit spiritus alius (Syr. spiritus meus)* עִמֵּיהּ, ܥܡܗ, ita etiam Hebr. *(spiritus alius)* עִמּוֹ *cum eo*, sed

Arab. لَهُ *ei alia sententia fuit*, pro *propterea quod spiritus alius* sive *meus cum* (sive *in*) *Calebo servo meo fuit*: proprie *servus meus Calebus*, *propterea quod spiritus... cum eo.* — Talis etiam est Pronominum usus. Conf. v. c. Jos. 24, 15. Jes. 59, 21. Deut. 18, 14. Gen. 24, 27. Luc. 23, 41.

Obs.

De aliis quibusdam modis, quibus aliquando Nominativus absolutus exprimitur.

b. Nominativo cum Nominis cum Pronominis *absoluto* cum Participio, quod Praedicatum constituit, conjuncto exprimuntur duo Latinorum *Ablativi absoluti*, qui a grammaticis appellantur *Ablativi consequentiae:* ut v. c. 1. Sam. 2, 13. גְּבַר דָּבַח, ܓܰܒܪܳܐ ܕܳܒܰܚ, ut etiam Hebr. אִישׁ זֹבֵחַ *viro sacrificante:* prop. *vir sacrificans;* 2. Sam. 15, 32. דָּוִד אָתָא, uti etiam Hebr. דָּוִד בָּא *Davide veniente:* prop. *et fuit Davides veniens*, sed Syr. ܘܕܰܘܺܝܕ ܡܛܳܐ, uti etiam Arab. *Et pervenit Davides;* Job. 1, 16. *Adhuc* דֵּין מְמַלֵּל, ܗܘ ܡܡܰܠܶܠ, uti etiam Hebr. זֶה מְדַבֵּר *eo loquente*, sed Arab. هُوَ يَتَكَلَّمُ *ipse loquebatur.*

2.

GENITIVUS.

A. *Genitivi nota.*

Genitivus Aramaeis etiam more quidem Hebraeorum et Arabum exprimitur *regimine*, sive statu *constructo*, quo praecedens vox determinatur, ejusque pariter identidem forma propter arctissimum, quo cum sequenti voce conjungitur, haud uno modo mutatur. Conf. § 69, III. Sed multo frequentius exprimitur Particula ד, ܕ, seu דִי, subinde etiam ܕܝܠ Nomini per Genitivum reddendo praeposita post Nomen cum א, ܐ *emphatica*, maxime apud Syros, aut cum Pronomine Adfixo, quod genere et numero cum ipso Genitivo convenit plerumqae scriptum. Ita v. c., ut rem exemplo illustrem, verba haecce: *rex terrae* exprimuntur quidem מְלֵךְ אַרְעָא, ܡܠܟ ܐܪܥܐ, *reges terrae* מַלְכֵי אַרְעָא, ܡܠܟܝ ܐܪܥܐ, verum multo frequentius מַלְכָּא (דִי) דְאַרְעָא sive מַלְכֵהּ דְאַרְעָא, ܡܠܟܐ ܕܐܪܥܐ sive ܡܠܟܗ ܕܐܪܥܐ et מַלְכַיָּא (דִי) דְאַרְעָא, ܡ̈ܠܟܐ ܕܐܪܥܐ sive etiam מַלְכְהָא (דִי) דְאַרְעָא, ܡ̈ܠܟܘܗܝ ܕܐܪܥܐ. — Scilicet haec syllaba et maxime sola ejus litera ד, ܕ in sermone Aramaeo saepissime ac multiplici vi usurpatur. Nam non solum Genitivum, creberrimi usus casum plerumque

format, verum etiam haud raro multo latius ejus usus patet. Vid. § 87, 2. ubi hujus literae originem, rationem et praecipuam vim adumbrabimus. — Aliquando autem haec Particula aut post formam *emphaticam* desideratur, aut post formam *constructam* usurpatur, et aliquando etiam sibi *euphoniae* gratia, maxime post Nomina *numeralia*, ad plurium *Genitivorum* concursum evitandum praemissam habet Particulam ל, ܠ: ut v. c. Gen. 7, 11. *Anno sexcentesimo* לְחַיֵּי נֹחַ, ܠܫܬܡܐܐ ܕܢܘܚ, ut etiam Hebr. לְחַיֵּי נֹחַ et Arab. لِعُمْرِ نُوحٍ *vitae Noachi.* De forma *constructa*, quam subinde quaedam Nominum *numeralium* habent, vid. § 73, I, 1. b.

Multo rarius porro apud Aramaeos uti etiam apud Arabes, quam apud Hebraeos Nomen aut *regens*, aut *rectum* desideratur, ita ut Latinorum *inquam* vel *nempe* supplendum sit: illud, ubi vocis ante *Genitivum* positae forma non *constructa* sed *absoluta* est, hoc contra ubi forma *constructa* non apposito *Genitivo* occurrit. Hinc v. c. quod Jos. 3, 14. Hebr. est הָאָרוֹן הַבְּרִית *arca foederis* pro הָאָרוֹן אֲרוֹן הַבְּרִית *arca, arca inquam foederis* (quemadmodum v. c. ex Exod. 38, 21. ubi הַמִּשְׁכָּן מִשְׁכַּן הָעֵדֻת *tabernaculum, tabernaculum nempe testimonii;* ex Num. 32, 1. ubi הַמָּקוֹם מְקוֹם מִקְנֶה *locus, nempe locus*

44

pecorum; ex Ps. 133, 3. ubi הַזָּקָן זְקַן אַהֲרֹן *barba, barba nempe Aharonis* habetur, aliisque documentis constare videtur) Chald. אֲרוֹנָא דִקְיָמָא, uti etiam Syr. ܩܒܘܬܐ ܕܕܝܬܩܐ et Arab. simpliciter est صُنْدُوقُ ٱلْعَهْدِ *arca foederis.* Ita etiam Gen. 24, 67. ubi אֹהֶל post הָאֹהֱלָה *tentorium,* 2 Reg. 3, 4. ubi אֵילֵי post אֵילִים *arietes,* Cap. 10, 1. ubi אֹמְנֵי post הָאֹמְנִים *tutores* dicto modo supplendum est; ibi et alibi, ubi in textu Nomen *regens* vel *rectum* desideratur, in versionibus illis vulgo simpliciter solita *regiminis* forma reperitur, aut sensus tantummodo nunc eodem, vel etiam alio formae *absolutae* vocabulo, nunc alia quadam circumscriptione exprimitur. Neque etiam satis constat, num Gen. 6, 11. apud *Onkelosum* בִּשְׂרָא אֱנָשׁ scriptum sit pro בִּשְׂרָא בְּשַׂר אֱנָשׁ *caro, caro nempe hominis.* Non tamen sine ratione poni potest Nomen *rectum* deësse apud hunc Interpretem uti etiam apud ipsum Auctorem 2 Reg. 9, 17. in hac cujusdam speculatoris in turri Isreëlis exclamatione: מַשִׁרְיָת *agmina,* ut Hebr. שִׁפְעַת *agmen video, nempe alicujus,* i. e. Jehuji. Speculator enim ob nimiam distantiam nondum dignoscere poterat, cujus adventans ista hominum turba esset,

sed Syr. ܦܪ̈ܫܐ *equites*, et Arab. جَيْشًا *agmen video.* — Praeterea, apud Aramaeos etiam, ut apud Hebraeos et Arabes post Nomen proprium aliquando, maxime in re geographica, ante *Genitivum* positum, quia, quemadmodum § 69, III. vidimus, *regens* esse non potest, verum Nomen *regens* facile plerumque cogitatione supplendum desideratur: ut 1 Sam. 17, 12. בֵּית לֶחֶם דְּבֵית יְהוּדָה *Bethlehemum domus Judae*, vel brevius ut Syr. ܒܝܬ ܠܚܡ ܕܝܗܘܕܐ et Hebr. בֵּית לֶחֶם יְהוּדָה est ut Arab. بَيْتُ لَحْمٍ قَرْيَةُ يَهُودَا *Bethlehemum* *o p p i d u m* *Judae.*

Ceterum huc non pertinet Zach. 9, 4. nec Hebraeorum הַיָּם חֵילָהּ, nec Chald. יַמָּא עָתְרַהּ, neque etiam aut Syr. ܝܡܐ ܥܘܫܢܗ, aut Arab. اَلْبَحْرُ قُوَّتُهَا. Nam priora vocabula *mare* significantia, non Nomina *regentia* sunt et proin posteriora, quibus *fortitudinis*, *potentiae* et *divitiarum* notio inest, non Nomina *recta* cum Adfixo.

Quaest. 1.

Quare Genitivus plerumque apud Aramaeos circumscribitur, non vero ratione apud Hebraeos et Arabes maxime usitata exprimitur?

44*

Quaest. 2.

Quatenus linguae studio haec Genitivi circumscribendi consuetudo prodest, quatenus nocet?

Quaest. 3.

Quam mutationem Casus hujus exprimendi ratio labente tempore subiit, et unde haec explicanda?

Quaest. 4.

Quo redeunt variae Interpretum sententiae de formulis: יְהוָה אֱלֹהִים צְבָאוֹת et אֱלֹהִים צְבָאוֹת, יְהוָה צְבָאוֹת *et quaenam ex iis omnium maxime, ut videtur, audienda?*

Obs. 1.

De aliis modis, quibus Genitivus exponitur.

Obs. 2.

De aliorum grammaticorum judiciis de irregulari et forma et constructione, quae subinde observatur ratione habita Nominis cum regentis tum recti.

Obs. 3.

De quorundam grammaticorum doctrina: regimen non admittere formam emphaticam, nisi intercedat Particula ד, דְ, דִי *aut* מִן.

Obs. 4.

De iis, quae citato Zach. loco ita explicito minus favere videntur.

B. *Genitivi usus.*

a. Apponitur Genitivus cum Nominis tum Pronominis Nomini *abstractae* significationis duplici vi, ita ut pro sola textus ratione modo *active* sive *subjective*, modo *passive* seu *objective* capiendus sit: ut Zeph. 2, 8 חסודי מואב, ܚܣܕܐ ܕܡܘܐܒ, ut etiam Hebr. חרפת מואב et Arab. تعييرات موآب *contumeliae* sive *contumelia Moabitarum* sunt, sive est *contumelia*, qua *Moabitae Israëlitas affecerunt;* Psal. 89, 51. חסודא דעבדך, ܚܣܕܗ ܕܥܒܕܟ, ut Hebr. חרפת עבדיך et Arab. عار عبيدك *ignominia servorum tuorum* est *ignominia*, qua religionis hostes *servos hosce affecerunt;* Ps. 7, 17. חטופיה, ܛܠܘܡܗ, ut etiam Hebr. חמסו et Arab. ظلمه *injuria ejus* est *injuria*, qua *affecit;* Gen. 16, 5. ܛܘܠܡܢܝ, ut etiam Hebr. חמסי et Arab. ظلمي *injuria mea* est *injuria*, qua *affecta sum.*

b. Apponitur Substantivo ea saepe vi, ut Latine hac illave Praepositione, vel alio etiam modo explanandus sit: ut v. c. Gen. 3, 24. ܐܘܪܚܐ ܕܐܝܠܢܐ, אוֹרַח אִילָן, ut Hebr. דֶּרֶךְ עֵץ et Arab. طَرِيقُ شَجَرٍ *via arboris* est *via ad arborem;* Jes. 54, 9. ܡܝܐ ܕܢܘܚ, ut Hebr. מֵי נֹחַ *aquae Noachi* sunt prouti Chald. מֵי טוֹפָנָא דַהֲווֹ בְיוֹמֵי נוֹחַ *aquae diluvii, quae fuerunt in diebus Noachi.* Conf. de Genitivi usu post Praepositiones § 83.

c. Apponitur Substantivo Genitivus Substantivi, maxime, cui *materiae* aut *qualitatis* notio inest, vi Adjectivi, uti etiam Genitivus Pronominis vi Pronominis *possessivi*: ut Gen. 41, 42. לְבוּשִׁין דְבוּץ, ut Hebr. בִּגְדֵי שֵׁשׁ et Arab. ثِيَابُ عُشَرٍ *vestes byssi* sunt *vestes byssinae*, quemadmodum item Syr. ܠܒܘܫܐ ܕܒܘܨܐ *vestis byssi* est *vestis byssina;* Deut. 10, 1. ܩܒܘܬܐ ܕܩܝܣܐ, אֲרוֹנָא דְאָעָא, ut Hebr. אֲרוֹן עֵץ *arca ligni*, Arab. صُنْدُوقٌ مِنْ خَشَبٍ *arca ex ligno* est *arca lignea;* Exod. 29, 29. ܠܒܘܫܘܗܝ ܕܩܘܕܫܐ, לְבוּשֵׁי קוּדְשָׁא, ut Hebr. בִּגְדֵי הַקֹּדֶשׁ et Arab. ثِيَابُ ٱلْقُدْسِ *vestes sanc-*

titatis sunt *vestes sanctae* — Vid. de Genitivo plur. num. vi Superlativi *num.* II, 2, *a. α.* — Nomen *regens* etiam, maxime כֹּל, ܟܠ, ut Hebr. כֹּל et Arab. cum كُلّ tum جَمِيع *omnis* pp. *universitas*, *complexus* vim Adjectivi exprimit: ut v. c. 1. Sam. 15, 9. שְׁפַר עָנָא, ut Hebr. מֵיטַב הַצֹּאן et Arab. حُسْنُ ٱلْغَنَمِ *bonitas*, sive *pulcritudo* et Syr. sed *pluraliter* ܫܘܦܪ̈ܝܗܘܢ ܕܥܢܐ *pulcritudines ovium* sunt *optimae*, *pulcerrimae oves;* Gen. 2, 9. כָּל אִילָן, ܟܠ ܐܝܠܢ, ut Hebr. כָּל עֵץ et Arab. كُلُّ شَجَرَةٍ *complexus arboris* est *omnis arbor;* Jes. 29, 11. נְבוּאַת כּוּלָּא, ut Hebr. חָזוּת הַכֹּל *revelatio universitatis* est *revelatio omnis* sive *tota.* — Ubi autem haec vocula postponitur, postponitur per *Appositionem* et plerumque sic adjunctum habet Adfixum: ut 2 Sam. 2, 9. יִשְׂרָאֵל כּוּלְהוֹן, ut Hebr. יִשְׂרָאֵל כֻּלֹּה *Israël universitas eorum* sive *ejus* est, ut Syr. more magis solito expressit, ܟܠܗ ܐܝܣܪܐܝܠ et Arab. جَمِيعُ إِسْرَائِيلَ *totus Israël.* De Genitivi usu post *ponderum* ac *mensurarum* mox ad lit. d. post *numerorum* Nomina § 73.

et de Pronominibus Substantivo vi Pronominis *adjectivi* sive *possessivi* appositis § 78, 2, b.

Aliquando solita quorundam Nominum *regentium* et *rectorum* vis non urgenda, sed potius vel nunc quodammodo aliter capienda, vel nunc etiam prorsus omittenda, utpote probabilius ita Latine modo Adjectivo, modo alio Substantivo exprimenda. Et hac quidem ratione circumscribuntur aliquot Latinorum Adjectiva et Substantiva, quibus certa quaedam personae vel rei *qualitas* indicatur, quando Nomina *regentia*, quae a grammaticis Nomina *auxiliaria* appellantur, sunt: ut בְּעֵל, ܒܥܠܐ *dominus*, גְּבַר, ܓܒܪܐ *vir*, בַּר, ܒܪܐ *filius*, בֵּית, ܒܝܬܐ *domus*, quae ergo et alia prorsus respondent cum Hebraeorum אִישׁ *vir*, בְּעַל *dominus*, בֵּן *filius*, מְתִים *homines* aliis, tum Arabum أَبٌ *pater*, أُمٌّ *mater*, أَخٌ *frater*, اِبْنٌ *filius*, ذُو *dominus*, صَاحِبٌ *socius* aliis. Ita v. c. Exod. 4, 10. גְּבַר דְּמִלּוּל, ܓܒܪܐ ܕܡܡܠܠܐ, ut Hebr. אִישׁ דְּבָרִים *vir sermonis* sive *verborum* est *homo eloquens*, Jud. 16, 21, 25. בֵּית אֲסִירַיָּא, ܒܝܬ ܐܣܝܪܐ, ut Hebr. בֵּית הָאֲסִירִים *domus captivorum* est, ut Arab. uno vocabulo expressit, اَلسِّجْنُ *carcer*. Nec tamen semper hujus significa-

tionis Adjectiva ac Substantiva Latina ita circumscribuntur, sed eorum vis saepe quoque apud Aramaeos, Hebraeos et Arabes vel solitis, vel peculiaribus quibusdam Nominum formis *absolutis* cum *nudis* tum *auctis*, vel etiam ope hujus aliusve Particulae sive Praepositionis exprimitur. Conf. § 64. 65. 66. uti etiam *num.* cum 3. tum 6 hujus paragraphi.

d. Apponitur item Genitivus Substantivi *materiem* significantis, modo propria, modo vi etiam Adjectivi Nominibus *ponderum* ac *mensurarum*, ita tamen, ut loco Genitivi quoque usurpetur Accusativus sive Appositio *absoluta*, quae vocatur, quemadmodum hoc pariter apud Hebraeos et in primis apud Arabes locum habere solet: ut Exod. 37, 24. כִּכְּרָא דִדְהַב, ܟܟܪܐ ܕܕܗܒܐ et Arab. بَدْرَةُ ذَهَبٍ *talentum auri*, sed Hebr. כִּכַּר זָהָב *talentum aurum;* et ita etiam Cap. 25, 39. uti Hebr. item כִּכַּר זָהָב *talentum auri*, sed Arab. بَدْرَةٌ مِنْ ذَهَبٍ *talentum ex auro;* Gen. 18, 6. סְאִין קִמְחָא, ܣܐܝܢ ܩܡܚܐ, ut Hebr. סְאִים קֶמַח *sata farinae*, sed Arab. وَيْبَاتٍ مِنْ دَقِيقٍ *modii e farina;* Jud. 6, 19. מְכִילְתָּא דְקִמְחָא, ܣܐܬܐ ܕܩܡܚܐ, ut Hebr. אֵיפַת קֶמַח *modius.*

salum, sive *Epha farinae*, sed Arab. صَاعٌ مِنْ دَقِيقٍ *modii ex farina.* Conf. porro *num.* 4, B, *b.*

Quando autem Genitivus Nominis aut *collective* capiendus, aut pluralis numeri est, ipsa illa Adjectiva cum apposito Genitivo unum Subjectum efficiunt, sive est acsi per Appositionem usurpata essent: ut 1 Sam. 17, 40. חַמְשָׁא שְׁעִיעֵי אַבְנַיָּא, ܚܰܡܫܳܐ ܫܥܺܝܥܳܬ̈ܳܐ ܟܺܐܦ̈ܶܐ, ut Hebr. חֲמִשָּׁה חַלֻּקֵי אֲבָנִים *quinque laevia lapidum* sunt *quinque lapides laeves;* Prov. 14, 1. חַכִּימְתָא דִנְשַׁיָּא *Sapiens feminarum* est, ut Syr. ܐܰܢ̱ܬ݁ܬ݂ܳܐ ܡܚܰܟܡܬܳܐ *Mulier sapiens* et Hebr. חַכְמוֹת נָשִׁים *Sapientes feminarum* sunt, ut Arab. اَلنِّسَاءُ ٱلْحَكِيمَاتُ *feminae sapientes.* De Genitivo Nominis pluralis numeri, quo Superlativus exprimitur, vide *num.* II, 2. *a.* hujus paragraphi et de Genitivo Pronominis vi Pronominis *adjectivi* § 76.

Quaest.

Quid huic disputationi, quatenus appositionem spectat, opponi potest?

e. Apponitur Nominis ac Pronominis Genitivus

varia vi Adjectivis et Participiis non tantum Verborum, quae sine, verum etiam Verborum, quae cum Praepositione construerentur, ita quidem ut Latine modo per Accusativum una cum adjecto *quoad*, vel *tenus*, vel hujusmodi alio complemento, modo per nudum Accusativum, modo per alium casum *obliquum*, quo *auctor* indicatur, explanandus sit, et Participia nunc vi Adjectivi, nunc, quemadmodum etiam ipsa Adjectiva vi Substantivi capienda sint: ut v. c. 1 Sam. 1, 15. עֲקַת רוּחַ, ܥܩܝܬ ܪܘܚܐ, sicut Hebr. קְשַׁת רוּחַ *arctata* sive *dura spiritus*, ut Arab. etiam كَرِبَةُ ٱلنَّفْسِ *moesta* sive *aegra animi*; Cant. 2, 5. מְרַעַת חִבְּתָא, ܟܪܝܗܬ ܚܘܒܐ, sicut item Hebr. חוֹלַת אַהֲבָה *aegrota*, *aegra amoris*; Num. 10, 17. נָטְלֵי מַשְׁכְּנָא, ܫܩܠܝ ܡܫܟܢܐ, sicut Hebr. נֹשְׂאֵי הַמִּשְׁכָּן et Arab. حَامِلِيهِ *portantes Tabernaculi*, sive ut Arab. *ejus*; Gen. 9, 10. נָפְקֵי תֵיבוּתָא, ܢܦܩܝ ܩܒܘܬܐ, sicut Hebr. יֹצְאֵי הַתֵּבָה *egressi arcae*; 1 Sam. 24, 7. מְשִׁיחָא דַיָי, ܡܫܝܚܗ ܕܡܪܝܐ, sicut Hebr. מְשִׁיחַ יְהוָה et Arab. مَسِيحُ ٱلرَّبِّ *unctus Domini*; Gen. 24, 31. בְרִיכָא דַיָי, ܒܪܝܟܗ ܕܡܪܝܐ

sicut Hebr. בְּרוּךְ יְהוָה *fortunatus* **Domini**, sive ut Arab. مُبَارَكٌ مِنَ ٱللّٰهِ *fortunatus a Deo*; Exod. 20,5. שָׂנְאַי, ܣܳܢܰܝ, sicut Hebr. שֹׂנְאַי et Arab. شَانِئِيَّ *odio habentes* *mei*; 1 Sam. 2, 35. מְשִׁיחִי, ܡܫܝܚܝ, sicut Hebr. מְשִׁיחִי et Arab. مَسِيحِي *unctus mei*; Gen. 12, 3. מְבָרְכָךְ, ܡܒܪܟܢܝܟ, sicut Hebr. מְבָרְכֶיךָ et Arab. مُبَارِكِيكَ *benedicentes tui*.

f. Apponitur Genitivus Nominibus *Verbalibus* casus Verbi a quo descendunt, et maxime quidem post Subjectum jam Genitivo expressum: ut 1 Reg. 10, 9. רְחִימַת יְיָ יָת יִשְׂרָאֵל, ut Hebr. אַהֲבַת יְהוָה אֶת יִשְׂרָאֵל et Arab. حُبُّ ٱللّٰهِ لِبَنِي إِسْرَائِيلَ *amor Dei erga Israëlitas.*

g. Apponitur Genitivus Nominis *proprii* aliquando in re geographica Nominibus *appellativis* vulgo per Appositionem cum hujusmodi Nomine construi solitis: ut Gen. 15, 18. נַהֲרָא דִפְרָת, ut etiam Hebr. נְהַר פְּרָת et Arab. نَهْرُ ٱلْفُرَاتِ *fluvius Euphratis*, sed Syr. ܢܗܪܐ ܦܪܬ *fluvius Euphrates*; Num. 22, 39.

ܡܪܘܢܬܐ ܩܘܦܠܬ, ut Hebr. קִרְיַת חֻצוֹת et Arab. قَرْيَةُ حُوصُوتْ urbs *Chaserothae*, *Chutsotae* sive *Chosothae*.

De Genitivi per ל, ܠ sive Dativum circumscriptione mox sub. lit. ל.

3.

DATIVUS.

A. *Dativi nota.*

Dativus indicatur praemissa litera ל, ܠ, quae qualicumque etiam alia vi usurpatur, semper vel sine, vel cum vocali, eaque modo propter aliam sequentis literae vocalem alia § 21, II et IV, praefigitur.

B. *Dativi usus.*

a. Ponitur cum post Verbum Substantivum הֲוָא, ܗܘܐ sive expressum sive supplendum, quando idem est, quod *habuit*, tum etiam post Particulam אִית, ܐܝܬ loco Verbi *substantivi* eadem *habendi* vi usurpatam. Nam in Aramaeo non magis, quam in Hebraico et Arabico sermone Verbum *habere* significans desideratur, et propterea pari etiam modo in illo, quo in hisce sermonibus hujus Verbi defectus compensari potuit. Hinc v. c. est לֵיהּ, ܠܗ pro הֲוָא לֵיהּ,

ܐܝܬ ܠܗ̇ habuit, ut cum אִיתַי לֵיהּ, vel ܗ̄ܘܳܐ ܠܗ̇ Hebr. לוֹ pro הָיָה לוֹ vel יֵשׁ לוֹ, tum Arab. لَهُ pro كَانَ لَهُ, et contra ita est לֵית לֵיהּ, ܠܰܝܬ ܠܗ̇ non habuit, ut plerumque etiam Arab. لَيْسَ لَهُ, et Hebr. אֵין לוֹ § 82. 1.

b. Usurpatur post Verba, quae in sermone Latino redduntur non tantum Verbis *simplicibus*, verum etiam Verbis *compositis* Dativum postulantibus propter Praepositionem, qua composita sunt. Hinc v. c. Chald. שַׁוִּי Syr. ܣܳܡ, ut etiam Hebr. שִׂים et Arab. قَدَّمَ vi *opponendi*, *apponendi*, *imponendi* usurpata aliaque Verba hunc post se casum saepius habent.

c. Substituitur per *periphrasin* pro Genitivo, qui *possessoris* et *auctoris* vocatur, uti etiam pro Ablativo post Verba *passiva:* ut 1 Sam. 16, 18. בַר לְיִשַׁי, ܒܪܳܐ ܠܐܝܫܝ, ut Hebr. בֵּן לְיִשַׁי et Arab. ٱبْنٌ لِإِيسَا *filius Isaeo* est *filius Isaei;* Exod. 12, 16. יִתְעֲבֵד לְכוֹן, ܢܶܬܥܒܶܕ ܠܟܽܘܢ, ut Hebr. יֵעָשֶׂה לָכֶם et Arab. يُصْنَعُ لَكُمْ *fiet vobis* est *fiet a vobis.*

Conf. Psalmorum tituli. — Post Verba *praestandi* locum facit Particulae ܠܘܳܬ et Accusativo. Qua de re uti etiam de reliquo hujus literae usu § 87, 6.

4.

ACCUSATIVUS.

A. *Accusativi nota.*

Accusativus cognoscitur vel sola contexta oratione, vel Verbi indole, ita tamen, ut hicce casus *definitus* aeque ac Nominativus *definitus* (*num.* 1.) sibi praemissam habere soleat Particulam ܝܳܬ, subinde etiam ܠ.

B. *Accusativi usus.*

a. Accusativus ponitur vario modo ubi Latine vel per *secundum*, *ratione habita*, sive *quod attinet ad*, inprimis vero per *Adverbium*, vel alio etiam modo circumscribendus est: ut Exod. 26, 1. עוֹבַד, ܥܒܳܕܳܐ, uti etiam Hebr. מַעֲשֵׂה *secundum opus*, Arab. صُورَةً *secundum picturam;* Gen. 41, 40. כּוּרְסֵי, ܟܽܘܪܣܝܳܐ, ut etiam Hebr. הַכִּסֵּא *quod attinet ad thronum;* Gen.

ܘܰܠܥܰܡܳܐ ܐܰܥܒܰܪ ܐܶܢܽܘܢ, וְיָת עַמָּא אַעֲבַר יָתֵיהּ. 47, 21.
et Hebr. וְאֶת הָעָם הֶעֱבִיר אֹתוֹ Et *quod ad populum attinet*, *transtulit eum* sive *eos:* prop. Et *populum transtulit eum* sive *eos* pro, ut Arab. habet وَنَقَلَ ٱلْقَوْمَ *transtulit populum.*

b. Exprimuntur Accusativo Nomina, quae a grammaticis appellantur Nomina *distantiae*, sive *spatii*, *mensurae ac ponderis*, uti etiam Nomina *loci* et *temporis*, quamquam illa, quum quaeritur *ubi*, et haec, cum quaeritur *quando*, haud raro sibi praepositam habent Particulam ܒ, ܟ: ut 2 Sam. 6, 13. *cum tulissent*, sive *progressi essent ferentes arcam Domini* שְׁתָּא זוּגִין, ܫܬ ܦܣܥܝܢ, ut Hebr. שִׁשָּׁה צְעָדִים et etiam Arab. سِتَّةَ خَطَوَاتٍ *senos passus;* Gen. 7, 20. חֲמֵשׁ עַשְׂרֵי אַמִּין, ܚܰܡܫܰܥܣܰܪ ܐܰܡܺܝܢ, Hebr. חֲמֵשׁ עֶשְׂרֵה אַמָּה etiam uti Arab. خَمْسَ عَشْرَةَ ذِرَاعًا *quindecim cubitos praevaluerunt aquae;* 2 Sam. 14, 26. *pendebat ejus coma* מָאתַן סִלְעִין, ܡܳܐܬܰܝܢ ܡܰܬܩܳܠܝܢ, et Hebr. מָאתַיִם שְׁקָלִים *ducentos siclos;* Gen. 24, 23. *estne* בֵּית, ܒܝܬ, uti etiam Hebr. בֵּית,

sed Arab. فِي بَيْتِ *in domo (patris tui locus);* Cap. 18, 1. ܒܬܪܥܐ, בִּתְרַע, uti etiam Arab. بِبَابٍ *in janua*, sed Hebr. tantum פֶּתַח *janua;* 2 Sam. 1, 1. *mansisset Davides Ziklag* ܝܘܡ̈ܬܐ ܬܪ̈ܬܝܢ, יוֹמִין תְּרֵין, uti etiam Hebr. יָמִים שְׁנַיִם et Arab. يَوْمَيْنِ *dies duos;* Job. 1, 5. *Ita faciebat Jobus* ܟܠܗܘܢ, כָּל יוֹמַיָּא ܝܘܡ̈ܬܐ, uti etiam Hebr. כָּל הַיָּמִים et Arab. كُلَّ ٱلْأَيَّامِ *omnes dies;* Exod. 12, 30. לֵילְיָא, uti etiam Hebr. לַיְלָה et Arab. لَيْلًا, sed Syr. ܒܠܠܝܐ *nocte.* Vid porro § 87.

c. Apponitur quemadmodum aliis in linguis non tantum Verbis *transitivis* verum etiam *neutris*, quae cum eo, maxime aliquo modo *definito* eandem habent originem: ut Deut. 13, 1. ܚܠܡܐ, חָלֵם חֶלְמָא ܚܠܡܐ, uti Hebr. הֹלֵם חֲלוֹם *somnians somnium;* 2 Reg. 13, 14. ܐܬܟܪܗ ܒܟܘܪܗܢܐ, מְרַע מַרְעָא, ut Hebr. חָלָה חֳלִי et Arab. مَرِضَ ٱلْمَرَضَ *aegrotavit morbo;* Gen. 27, 34. צְוַח צְוָחְתָּא רַבָּא וּמְרִירָא,

ܐܰܝܠܶܠ ܐܶܝܠܳܠܬܳܐ ܪܰܒܬܳܐ ܘܡܰܪܺܝܪܬܳܐ *ululavit ululatu*, uti Hebr. צָעַק צְעָקָה גְּדֹלָה וּמָרָה et Arab. صَرَخَ صَرْخَةً عَظِيمَةً وَمُرَّةً *clamavit clamore magno et amaro.*

d. Apponitur etiam plerumque aliquot Verborum, quae Latina in lingua partim nunquam, partim non cum uno Accusativo construi solent. Talia sunt v. c. Verba ܥܢܳܐ, ut Hebr. עָנָה, uti Arab. أَجَابَ et Chald. cum עֲנָא tum אֲתִיב *respondit*, לְבֵשׁ, ܠܒܶܫ, ut Hebr. לָבַשׁ *induit*, שְׁלַח, ܫܠܰܚ, ut Hebr. פָּשַׁט et Arab. شَلَخَ *exuit*, עֲטַף, ܥܛܰܦ, ut Hebr. עָטָה et Arab. غطّى *operuit*, *texit*, עֲטִיף, ܥܛܺܝܦ *amictus*, אִתְעֲטַף, ܐܶܬܥܛܶܦ *tectus est*, מְלָא, ܡܠܳܐ, Hebr. מָלֵא seu מָלָא et Arab. مَلَأَ *plenus fuit*, אֲתָא, ܐܶܬܳܐ *venit*, et bene multa alia hujusmodi Verba. Ita v. c. Gen. 42, 22. *Et Ruben* אֲתִיב יָתְהוֹן et in Paraph. *Jonathanis* עֲנָה יָתְהוֹם, ut Hebr. עָנָה אֹתָם et Arab. أَجَابَهُم *respondit iis*, ut Syr. item, sed omisso Pronomine, ܥܢܳܐ *respondit;* Cap. 27, 40. et תִּפְלַח יָת אֲחוּךְ, ut Hebr. אֶת אָחִיךָ תַּעֲבֹד

et Arab. لَأَخَاكَ تَخْدُمُ, uti etiam Syr. sed praeposita litera *Lomad* ܠܐܚܘܟ ܬܦܠܘܚ *fratri tuo servies;* 2 Tim. 1, 18. ܫܡܫܢܝ *ministravit mihi.*

e. Geminum Accusativum in *Paël, Aphel* ac *Schaphel* accipiunt Verba, quae in *Peal* Accusativum regunt, qualia in primis sunt modo memorata Verba *induendi*, *exuendi*, *tegendi et implendi*, uti etiam Verba *docendi:* ut v. c. Gen. 41, 42. וְאַלְבֵּישׁ יָתֵיהּ לְבוּשִׁין דְּבוּץ, ut Hebr. וַיַּלְבֵּשׁ אֹתוֹ בִּגְדֵי שֵׁשׁ et Arab. وَأَلْبَسَهُ ثِيَابَ عَشْرٍ *induit eum vestibus byssinis*, ut item Syr. ܘܐܠܒܫܗ ܠܒܘܫܐ ܕܒܘܨܐ *induit eum veste bysina.*

In ispa pariter Specie *Peal* geminium Accusativum habent Verba *vestiendi*, *tegendi*, *implendi*, *praestandi*, *rogandi*, *praecipiendi* et Verba *faciendi* varia vi: ut Exod. 36, 34. יַת דַּפַּיָּא חֲפָא דַהֲבָא, ܠܕܦܐ ܚܦܐ ܕܗܒܐ *tabulas obduxit auro;* 1 Sam. 24, 18. גְּמַלְתַּנִי טָבְתָא, ܦܪܥܬܢܝ ܛܒܬܐ et Hebr. גְּמַלְתַּנִי הַטּוֹבָה *retribuisti mihi bonum.*

Pleraque autem horum Verborum etiam modo hanc, modo aliam Particulam post se habent: Verba v. c. cum *copiae* tum *inopiae*, uti etiam ea, quibus *ple-*

nitudinis notio inest ב, ܡܢ; Verba *tegendi*, *vestiendi* ܒ; Verba *implendi* ܒ vel ܡܢ; *praestandi* ܠܘܬ et ܠ; Verba *quaerendi* de *re* ܡܢ, de *persona* ܠܘܬ. Ita v. c. Lev. 20, 2. ירגמוניה באבנא, ܢܪܓܡܘܢܗ ܒܟܐܦܐ, ut Hebr. ירגמהו באבן *obruent eum lapide* et Arab. يرجمه بالحجارة *obruet eum lapidibus*. Conf. § 87, 1. 6. 7.

Quaest. 1.

Unde frequentissimus hujus casus usus repetendus, et quatenus in Arabico alius est, quam in Hebraico et Aramaeo sermone?

Quaest. 2.

Quare maxime memorata et alia Verba Latine Verbis cum Dativo explicanda, apud Aramaeos ut apud Hebraeos et Arabes alium post se casum postulant?

5.

VOCATIVUS.

Vocativus formam *emphaticam* plerumque habens pari modo, quo Nominativus indicatur (*num.* 1.) ita

tamen, ut apud Syros ejus etiam aliquando nota esse soleat praemissa Particula ܐܘ vi *interjectionis o!* quemadmodum in primis apud Arabes varii usus Particula يَا: ut v. c. Jos. 10, 12. שִׁמְשָׁא, ܫܡܫܐ, sed Hebr. שֶׁמֶשׁ et Arab. يَا شَمْسُ *sol* vel *o sol!* Cant 2, 7. *Obtestor vos* — כְּנִשְׁתָּא *coetus Israëlitarum*, ut Hebr. בְּנוֹת *filiae*, sed Syr. ܐܘ ܒܢ̈ܬ et Arab. يَا بَنَاتِ *filiae Hierosolymae.*

6.

ABLATIVUS.

A. *Ablativi nota.*

Ablativus denique indicatur plerumque tribus Particulis, quae textus cohaerentia Praepositionis vi Nominibus praepositae sunt. Prima est ב, ܒ, ut Hebr. ב et Arab. بِ *in*, *cum*, quae ut ל, ܠ praefigitur (*num* 3.) Altera est מִן, ܡܶܢ, ut Hebr. מִן et Arab. مِنْ *e*, *ex*, *a*, *ab*, *inde*, cujus posterior aliquando litera apud Chaldaeos, ut saepissime apud Hebraeos, multo rarius apud Syros, ut rarissime apud Arabes, pellitur pulsaque sequenti literae per duplicationis notam inseritur. Tertia denique Particula est עִם, ܥܡ, ut Hebr. עִם et Arab. transpositione literarum مَعَ vel مَعْ *cum.*

B. *Ablativi usus.*

Quandoquidem ex commemoratis illis Particulis seu Praepositionibus iisque etiam omissis, e sola Verborum cohaerentia maxime tritus casus hujus usus cuique in oculos incurrit, non opus est dicta insuper exemplis aut illustrare aut comprobare. Quamobrem hoc unum tantum animadvertendum, Particulas hasce more Hebraeorum et Arabum minime solum semper indicare Ablativum, verum saepe etiam alium casum, pro alia indole, qua sunt orationis partes, quibuscum construuntur, atque propterea quoque Ablativum aliquando et locum facere aliis casibus, quemadmodum hos pariter illi, et haud unius significationis Adjectivum exprimire solere. Vid § 83, 1 et 2 § 87, 1, 7. et hujus paragraphi *num.* I, 1, B. 2, B. 3. B. 4, B, — Denique Ablativus etiam *absolute* ita ponitur, ut probabiliter per *quod attinet ad* exponatur. Ita v. c. Gen. 2, 17. וּמֵאִילָן, ܘܡܢ ܐܝܠܢܐ, uti etiam Hebr. v. 16. וּמֵעֵץ est: Et *quod attinet ad arborem scientiae boni et mali, non edes* מִנֵּיהּ, ܡܢܗ, uti etiam Hebr. מִמֶּנּוּ *ex ea* pro, ut Arab. habet - وَمِنْ *Et ex arbore non edes:* prop. *Et ex arbore... non edes ex ea.*

Et haec nos quidem, qualicumque tandem modo monenda habebamus de *casuum* forma, usu et vi.

Reliquum ergo nobis in hac paragrapho est, ut significemus, quomodo *gradus* cum *comparativus* tum *superlativus* vulgo et exprimi et usurpari soleat.

II.

Nominum gradus comparativus ac superlativus.

Quod ad utrumque huncce *gradum* attinet: neuter magis quam *casuum* ullus peculiari quadam terminatione indicatur, quemadmodum in hujus paragraphi exordio jam monuimus, sed alio quodam modo hic loci a nobis interpretando.

1.

Gradus comparativus.

Comparativus indicatur vulgo Particula מִן, ܡܶܢ *prae*, modo descripta Ablativi nota, ex ordine Adjectivum, quod vocatur *comparativum*, inter et rem personamve, cum qua comparatio fit, posita, eaque apud Aramaeos nonnunquam majoris *emphaseos* caussa cum voce יוֹתֵר, יַתִּיר, ܝܰܬܺܝܪ *magis* aut ܛܳܒ *valde* copulata. Ita v. c. Ezech. 28,3. חַכִּים אַתְּ מִדָּנִיֵּאל, ܚܰܟܺܝܡ ܐܢ̱ܬ ܡܶܢ ܕܳܢܺܝܐܝܶܠ, quemadmodum Hebr.

חָכָם אַתָּה מִדָּנִיֵּאל et Arab. أَنْتَ أَحْكَمُ مِنْ دَانِيَّالَ *tu es sapiens prae Danieli;* Ecc. 7, 2. ܛܳܒ ܫܡܳܐ, ܛܳܒܳܐ ܡܶܢ ܡܶܫܚܳܐ ܛܳܒܳܐ, ut Arab. لِسْمُ ٱلصَّالِحُ أَفْضَلُ مِنْ زَيْتٍ صَالِحٍ et Hebr. טוֹב שֵׁם מִשֶּׁמֶן טוֹב, *Bonum nomen melius pretioso unguento*, sed Chald. טָב שְׁמָא טָבָא — יַתִּיר מִמִּשְׁחָא *Bonum nomen multo melius unguento unctionis;* Act. 20, 35. ܛܽܘܒܰܘܗܝ ܠܰܐܝܢܳܐ ܕܝܳܗܶܒ ܝܰܬܺܝܪ ܡܶܢ ܐܰܝܢܳܐ ܕܢܳܣܶܒ *Multo beatior est is qui dat, quam is, qui accipit;* Hebr. 3, 3. *Hujus gloria* ܫܽܘܒܚܳܐ ܗܳܢܳܐ ܛܳܒ ܡܶܢ ܕܡܽܘܫܶܐ *longe major est (gloria) Mosis.*

Itaque hicce gradus magis more Hebraeorum quam Arabum teritur. Nam in horum quidem sermone vulgo Comparativus exprimitur Particula مِنْ *prae;* sed ita, ut *comparationis* Adjectiva cum hac Particula copulata semper masculini generis, singularis numeri sint formaeque أَفْعَلُ. Haec nimirum forma in sermone Arabico maxime culto illo ob eandem caussam, ob quam in eo Adjectivis § 65, 1. descriptis, propria esse solet, commode sic quoque ad Comparativum indicandum usurpari potuit.

2.

Gradus superlativus.

a. Superlativus tribus potissimum modis plerumque indicatur:

α. Adjectivo eoque vel terminatione *emphatica* vel Genitivo modo Nominis modo Pronominis pluralis numeri determinato: ut v. c. Gen. 9, 24. בְּרֵיהּ זְעֵירָא, ܒܪܗ ܙܥܘܪܐ, ut Hebr. בְּנוֹ הַקָּטָן et Arab. اِبْنُهُ ٱلصَّغِيرُ *filius ejus minimus*; Dan. 4, 14. sive 17. שְׁפַל אֲנָשִׁים, ܡܟܝܟ ܐ̱ܢܫܐ et Arab. رُذَالَةُ ٱلنَّاسِ *abjectissimus hominum*; Jon. 3, 5. רַבְּהוֹן — זְעֵרְהוֹן, ut Hebr. גְּדוֹלָם — קְטַנָּם et Arab. كَبِيرُهُمْ — صَغِيرُهُمْ *maximus eorum* et *minimus eorum*, Syr. item, sed pluraliter ܪ̈ܘܪܒܢܝܗܘܢ — ܘܙܥܘܪ̈ܝܗܘܢ *maximi eorum* et *minimi eorum*.

β. Nomine *regente* modo *abstractae*, modo *concretae* significationis cum Nomine *recto* pluralis numeri non tantum ejusdem significationis, modo *abstractae*, modo *concretae*, verum etiam unius ejusdemque pariter, cujus Nomen *regens* est, originis: ut Exod. 26, 33.

קֹדֶשׁ קוּדְשַׁיָּא, ܩܘܕܫ ܩܘܕ̈ܫܐ, ut Hebr. קֹדֶשׁ הַקֳּדָשִׁים *sanctum sanctorum*, et Arab. خَاصُّ ٱلْأَقْدَاسِ *praecipuum sacrorum;* Gen. 9, 25. ܥܒܕ ܥܒ̈ܕܝܢ, ut Hebr. עֶבֶד עֲבָדִים *servus servorum* est, ut Chald. עֲבַד פָּלַח et Arab. عَبْدٌ مُسْتَعْبَدٌ *servus serviens* est *servus vilissimus;* Dan. 2, 37. מֶלֶךְ מַלְכַיָּא, ܡܠܟ ܡܠ̈ܟܐ, ut Arab. مَلِكُ ٱلْمُلُوكِ *rex regum* est *rex potentissimus.*

γ. Denique Comperativo vi *objecti* cum quo Subjectum comparatur: ut v.c. Ps. 19, 11. בְּסִים יַתִּיר מִן דִּבְשָׁא, ܚܠܐ ܡܢ ܕܒܫܐ, ut Hebr. מָתוֹק מִדְּבַשׁ et Arab. أَفْضَلُ مِنَ ٱلْعَسَلِ *dulcius*, Chald. *multo dulcius* et Arab. *praestantius melle* est *dulcissimum* seu *praestantissimum;* Job. 1, 3. רַב מִכָּל בְּנֵי מַדִּנְחָא, ܘܪܒ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܒ̈ܢܝ ܡܕܢܚܐ, ut Hebr. גָּדוֹל מִכָּל בְּנֵי קֶדֶם et Arab. أَكْبَرُ مِنْ جَمِيعِ بَنِي ٱلْمَشْرِقِ est *omnium filiorum Orientis facile maximus.*

b. Praeter triplicem hunc modum, quo Superlativus stricte sic dictus indicatur, alia etiam ratione apud

Hebraeos et Arabes cum vocabulorum significatio certis quibusdam Nominum formis intenditur (64), tum Superlativi vis nonnullis vocibus loco Adverbiorum usurpari solitis exprimitur (§ 82.) sed raro apud Aramaeos, quamquam quoque more in primis Hebraeorum varias orationis partes varia vi iterantes (§ 74. III. § 79. 2. § 81. II. 2. § 82, 4.) iteranda in uno eodemque casu hac illave voce ejusque forma vel mutata simul, vel non mutata: ut v. c. Job. 38, 27. רְגוּשָׁא וְאִתְרְגוּשְׁתָא, ut Hebr. שֹׁאָה וּמְשׁוֹאָה *locus maxime vastatus*, sive *maxima vastatio:* prop. *strepitus et strepitus;* Jes. 3, 1. ܣܡܘܟܐ, ܘܣܡܘܟܬܐ, ut Hebr. מַשְׁעֵן וּמַשְׁעֵנָה *fulcrum* et *fulcrum*, et Arab. أَلْقَوِيُّ وَٱلْقَوِيَّةُ *robur* et *robur* est *minimum* sive *omne cujuscunque tandem generis adminiculum* sive *subsidium;* Gen. 17, 2. et alibi לַחֲדָא לַחֲדָא, ܛܒ ܛܒ, ut Hebr. מְאֹד מְאֹד et Arab. جَدًّا جَدًّا est *vehementissime.*

Quaest.

Undenam repetendum, quod apud Aramaeos et Arabes, rarius quam apud Hebraeos Superlativi vis iterandis cum unius ejusdemque tum diversae formae vocibus exprimatur?

47*

Obs.

De peculiaribus quibusdam vocibus, constructionibus et figuratis dicendi formulis, quibus sermo aliquoties efficaciter intenditur.

Itaque, quemadmodum Comparativus ita uon minus Superlativus apud Aramaeos, Hebraeorum potius quam Arabum Superlativum refert, quatenus nimirum apud hos Superlativus indicatur memorata modo Comparativi forma أَفْعَلُ vel *absolute* cum Articulo, vel sinê Articulo in statu *constructo* ante Genitivum cujuscunque generis et numeri, quaeque priori ratione usurpata semper genere et numero cum re vel persona, ad quam refertur, convenit, atque adeo ita accipit etiam cum in singulari numero formam femininam فُعْلَى eique κατ'ἐξοχην dicatam, tum in plurali numero utramque utriusque generis formam nunc أَفْعَلُونَ nunc أَفَاعِلُ et femininam nunc فُعْلَيَاتٌ nunc فُعَلٌ, posteriori vero ratione usurpata vel immutata manet, vel dicto modo mutatur.

Ut iis, quae hac paragrapho disseruimus nostram de variis variorum *casuum graduumque* exprimendorum modis disputationem finivimus, et ni fallimur, satis superque probavimus, esse omnimo eatenus etiam insignem inter commemoratas dialectos convenientiam,

nec tamen hujusmodi eam, quae omnem inter eas tollat discrepantiam; significandae nobis sunt praecipuae quaedam formae irregulares maxime illae, arcte omnes cum *declinationis* negotio conjunctae, et utique dignae, de quibus paucis agatur, non modo ut ita nobis constet, quaenam qualesque sint, sed etiam undenam profectae, idque quidem eo magis, propter quod diversa grammaticorum aliorumque doctorum virorum tulerunt judicia.

§ 71.

REGIMINIS ET IN EXTERNUM IPSIUS NOMINIS REGENTIS, SEU CONSTRUCTI HABITUM ET IN EXTERNAM EJUS CUM ALIIS ORATIONIS PARTIBUS CONSTUCTIONEM VIS, UTI ETIAM IRREGULARIS QUAEDAM NOMINUM EXTRA REGIMEN RATIONE HABITA VEL GENERIS, VEL NUMERI, VEL GENERIS ET NUMERI SIMUL CONSTRUCTIO.

I.

Regiminis in externum Nominis regentis seu constructi habitum vis.

Spectamus autem, quod verbo monendum, Regimen seu statum *constructum*, id est Genitivum ratione cum apud Hebraeos tum apud Arabes regulariter usitata, non vero more Aramaeorum interventu Particulae ד, ?

formatum; quoniam vocabuli ante hanc Particulam, atque adeo ante vocabulum per Genitivum reddendum positi forma constanter cum terminatione *emphatica* aut Pronomine Adfixo scribi solet (§ 70, I, 2.) nec ullam mutationem subit propter ejus cum sequenti vocabulo constructionem. Itaque de Regiminis priore modo constituti in externum Nominis *regentis* seu *constructi* habitum vi hic nobis sermo est.

Scilicet quum Regimen hoc modo expressum duo, plurave etiam aliquando Nomina tam arcte sensu secum invicem conjungat, ut, quoad ejus fieri possit, uno eodemque quasi halitu pronuntianda sint; prius seu Nomen *regens*, propter hunc ipsum indivulsum cum posteriore, sive Nomine *recto* nexum, certas quasdam fere semper subire solet mutationes: mutationes autem apud Aramaeos, ut apud Arabes, ad unum potissimum exitum, subinde tamen etiam, ut apud Hebraeos, ad reliquam simul Nominis *regentis* formam pertinentes. Etenim Nominum *regentium* alia formam habent *absolutam* sive usitatam, sive inusitatam, alia formam ab alterutra hac forma *absoluta*, vel reapse, vel, et hoc saepissime locum habet, quasi derivatam, propter creberrimum status *emphatici* usum, qui quamplurimorum Nominum statum *absolutum* abrogaverit. § 69, II.

Et ipse quidem exitus triplici maxime modo sic summatim mutatur, ut una litera, vel cum praecedenti vocali pellatur, vel alia pro pulsa substituatur, vel denique pulsa simpliciter apponatur. Terminatio ni-

mirum *emphatica*, quemadmodum הַ *demonstrativa* Hebraeorum et أَلْ *Articulus* Arabum, pellitur una cum vocali, uti etiam terminatio יִן, ܰܝܢ, ֵין et ܶܝܢ, ita tamen, ut et י, ܝ remaneat *quiescens* apud Chalddaeos, more Hebraeorum, apud Syros vero *diphthongescens* cum *Petocho*, et ܝ ante ܶܝܢ pulsa restituatur. Atque ita, pulsis hisce terminationibus, vel relicta forma, pro varia Nominum indole, modo servatur, modo restituitur, vel assumitur forma *absoluta* non usitata, vel constituitur *constructa* ab *absoluta*, aut ducta aut ducenda. Nominum denique, quorum terminatio feminina *absoluta* in singulari numero non est אָ, ܳ aut הָ, ܳ a masculino exitu ִי, ܝ derivata, quae in ַת, ܰܬ mutatur, forma, post pulsam *emphaseos* notam, non magis ullam mutationem subit quam eorum, quorum terminatio feminina *absoluta* in singulari numero, quoniam, ut status *emphaticus*, ita etiam *constructus* hoc unum postulat, ut terminationibus ו, ܘ, ִי, ܝ et ֻ simpliciter ת, ܬ, et ut litera item ת, ܬ pro terminationis pluralis ן, ܢ substituatur. Ita v. c. קְרָב, ܩܪܳܒ est ab *abs.* קְרָב, ܩܪܳܒ *emph.* קְרָבָא, ܩܪܳܒܳܐ *bellum*, לְבוּשׁ, ܠܒܽܘܫܳܐ ab *abs.* לְבוּשׁ, ܠܒܽܘܫܳܐ

emph. לְבוּשָׁה, ܠܒܘܫܐ vestimentum; מְלֵךְ, ܡܠܟ
ab abs. מְלֵךְ, ܡܠܟ emph. מַלְכָּא, ܡܠܟܐ rex,
כָּהֵן, ܟܗܢ ab abs. כָּהֵן, ܟܗܢ emph. כָּהֲנָא, ܟܗܢܐ
sacerdos, עָלַם, ܥܠܡ ab abs. עָלַם, ܥܠܡ emph.
עָלְמָא, ܥܠܡܐ seculum; עוֹבַד ab abs. עוֹבָד emph.
עוֹבָדָא opus; — קְרָבֵי, ܩܪ̈ܒܝ ab abs. קְרָבִין, ܩܪܒܝܢ
emph. קְרָבַיָּא, ܩܪ̈ܒܐ bella, לְבוּשֵׁי, ܠܒܘ̈ܫܝ
ab abs. לְבוּשִׁין, ܠܒܘܫܝܢ emph. לְבוּשַׁיָּא, ܠܒܘ̈ܫܐ
vestimenta, מַלְכֵי, ܡܠ̈ܟܝ ab abs. מַלְכִין, ܡܠ̈ܟܝܢ
emph. מַלְכַיָּא, ܡܠ̈ܟܐ reges, כָּהֲנֵי, ܟܗ̈ܢܝ ab
abs. כָּהֲנִין, ܟܗܢܝܢ emph. כָּהֲנַיָּא, ܟܗ̈ܢܐ sacer-
dotes, עָלְמֵי, ܥܠ̈ܡܝ ab abs. עָלְמִין, ܥܠ̈ܡܝܢ
emph. עָלְמַיָּא, ܥܠ̈ܡܐ secula, עוֹבָדֵי, ab abs. עוֹבָדִין
emph. עוֹבָדַיָּא opera, רַגְלֵי ab abs. רַגְלִין et רַגְלִין
emph. רַגְלַיָּא pedes, ܪ̈ܓܠܝ ab abs. ܪܓܠܝܢ emph.

ܫܒܝܐ *captivi*, סָנֵי, ܣܢܐ ab *abs.* סָנְיָן, ܣܢܝܢ, *odio habentes*; בְּתוּלַת, ܒܬܘܠܬ ab *abs.* בְּתוּלָא, ܒܬܘܠܐ *emph.* בְּתוּלְתָא, ܒܬܘܠܬܐ *virgo*, אַרְמְלַת, ܐܪܡܠܬ ab *abs.* אַרְמְלָא, ܐܪܡܠܐ *emph.* אַרְמַלְתָּא, ܐܪܡܠܬܐ *vidua*, חַבְרַת, ܚܒܪܬ ab *abs.* חַבְרָא, ܚܒܪܐ *emph.* חֶבְרְתָא, ܚܒܪܬܐ *socia*, קַדְמָאַת, ܩܕܡܝܬ ab *abs.* קַדְמָאָה, ܩܕܡܝܐ *emph.* קַדְמָיְתָא, קַדְמֵיתָא, ܩܕܡܝܬܐ *prima*, *prior* ab exitu masc. *absoluto* קַדְמִי, ܩܕܡܝ *emph.* קַדְמָאָה, ܩܕܡܝܐ *primus*, *prior*; ܡܢܬ ab *abs.* ܡܢܬ *emph.* ܡܢܬܐ *portio*; מַלְכוּת, ܡܠܟܘܬ ab *abs.* מַלְכוּ, ܡܠܟܘ pro מַלְכוּת, ܡܠܟܘܬ *emph.* מַלְכוּתָא, ܡܠܟܘܬܐ *regnum*, דְּמוּת, ܕܡܘܬ ab *abs.* דְּמוּ, ܕܡܘ pro דְּמוּת, ܕܡܘܬ *emph.* דְּמוּתָא, ܕܡܘܬܐ *imago*, רִבִּית, ܪܒܝܬ ab *abs.* רִבִּי, ܪܒܝ pro רִבִּית, ܪܒܝܬ *emph.* רִבִּיתָא, ܪܒܝܬܐ *usura*, צְלוּת, ܨܠܘܬ ab *abs.* צְלוּ, ܨܠܘ

pro צְלוֹת, ܨܠܘܬ݂ *emph.* צְלוֹתָא, ܨܠܘܬ݂ܐ *precatio;* בְּתוּלַת, ܒܬܘܠܬ݂ ab *abs.* בְּתוּלָן, ܒܬܘܠܢ *emph.* בְּתוּלָתָא, ܒܬܘܠܬ݂ܐ *virgines*, אַרְמְלַת, ܐܪܡܠܬ݂ ab *abs.* אַרְמְלָן, ܐܪܡܠܢ *emph.* אַרְמְלָתָא, ܐܪܡܠܬ݂ܐ *viduae*, קַדְמָאַת, ܩܕܡܝܬ݂ ab *abs.* קַדְמָאָן, ܩܕܡܝܢ *emph.* קַדְמָיָתָא, ܩܕܡܝܬ݂ܐ *primae*, *priores*, מַלְכוּת, ܡܠܟܘܬ݂ ab *abs.* מַלְכְוָן, ܡܠܟܘܢ *emph.* מַלְכְוָתָא, ܡܠܟܘܬ݂ܐ *regna.* Conf. porro § 69, II. 67. 68. et de harum mutationum neglectu in Nomine ante Genitivum posito § 70, I, 2.

Obs. 1.

De varii generis exceptionibus earumque caussis.

Obs. 2.

De formae absolutae Nominibus regentibus propriae momento.

Quaest. 1.

Quomodo mutationes, quas pati solet Nomen regens conciliandae sunt cum tradita declinationis descrip-

tione, sive aliis verbis, cum positione: in sermone etiam Aramaeo, nullam proprie locum habere Nominum declinationem?

Quaest. 2.

Qui factum, ut in Aramaeorum et Arabum sermone Nominum regentium solus plerumque exitus, et raro simul eorum forma ante exitum mutetur, quemadmodum utriusque hujus generis mutationes talibus Nominibus numero multis in Hebraeorum sermone contingere solent?

Quaest. 3.

Quae observanda sunt de Nominibus regentibus in sermone Aramaeo per regimen more Hebraeorum mutatis?

II.

Regiminis in externam Nominis regentis seu constructi cum aliis orationis partibus constructionem vis.

Ob ea, quae modo diximus, Regimen sive more Hebraeorum et Arabum sive more Aramaeorum expressum insignem subinde vim habet in externam Nominis *regentis* cum aliis orationis partibus constructionem.

1. *Praedicata* proprie ad Nomen *regens* referenda aliquando nec *genere* nec *numero* cum eo, sed cum Nomine *recto* conveniunt. Ita v. c. Job. 32, 7. ܣܘܓܐܐ ܕܫܢ̈ܝܐ ܡܠܦ̈ܝܢ, ut Hebr. רֹב שָׁנִים יֹדִיעוּ *multitudo annorum docentes* sive, ut Hebr. *docebunt* est, ut Arab. كَثْرَةُ ٱلسِّنِينَ تُعَلِّمُ *multitudo annorum docebit* exprimitur; 1 Reg. 17, 16. צְלוֹחִיתָא דִמְשַׁחָא לָא חֲסַר, ut Hebr. צַפַּחַת הַשֶּׁמֶן לֹא חָסֵר sed Syr. ܩܘܠܬܐ ܕܡܫܚܐ ܠܐ ܚܣܪܬ et Arab. دَنَّةُ ٱلزَّيْتِ لَمْ تَنْقُصْ *ampulla olei non defecit.*

Et haec quidem solita est *Praedicatorum* cum Nomine *regente* כֹּל, ܟܠ *omnis* constructio: ut Ps. 150, 6. ܟܠܗ̇ ܢܦܫܐ ܬܫܒܚܝܗ, כָּל נִשְׁמְתָא תְּשַׁבַּח, ut Hebr. כֹּל הַנְּשָׁמָה תְּהַלֵּל et Arab. كُلُّ نَسَمَةٍ فَلْتُسَبِّحْ *omnis anima laudet (Deum);* Gen. 5, 8. הֲווֹ כָל יוֹמֵי, ܗܘܘ ܟܠܗܘܢ ܝܘܡܘܗܝ, ut Hebr. יִהְיוּ כָּל יְמֵי *fuerunt omnes dies (Sethi).* Raro aliter ut Exod. 12, 16. כָּל עֲבִידָא לָא יִתְעֲבֵד, ut Hebr. כָּל מְלָאכָה לֹא יֵעָשֶׂה *nullum opus fiet.*

2. Et hinc Pronomina etiam Adfixa proprie ad No-

men *regens* pertinentia fere semper Nomini *recto* appo-nuntur: ut Lev. 20, 3. שְׁמָא דְקוּדְשִׁי, ܫܡܐ ܕܩܘܕܫܝ, sicut Hebr. שֵׁם קָדְשִׁי, sed Arab. اِسْمِي ٱلْمُقَدَّسُ *nomen meum sanctum.* Raro aliter: ut Ezech. 16, 27 — אוֹרְחִיךְ דְּעֵיצַת, ܐܘܪܚܟ ܕܙܢܝܘܬܐ *via tua consilii* sive *scortationis* est *viae tuae meretriciae.*

III.

Irreguralis quaedam Nominum extra regimen cum aliis orationis partibus ratione habita vel generis, vel numeri, vel generis et numeri simul constructio.

Scilicet Nomina *subjectum* constituentia non tantum per Regimen, ut modo vidimus, irregulari quadam ratione aliquando construuntur, verum etiam extra Regimen, quod ergo quatenus alibi in hac nostra Institutione non indicatur, hic loci paucis indicandum.

1. Nomina cum aliis orationis partibus *diversi generis* aliquando construuntur: ut Jud. 21, 21. — יִפְּקוּן בְּנָת, sicut Hebr. — יֵצְאוּ בְנוֹת, sed Syr. — ܢܦܩܘ ܒܢܬܐ *egressae sunt filiae*, quemadmodum etiam Arab.

بَنَاتٌ ـ خَرَجْنَ *filiae egressae sunt;* Ruth. 1, 8. עֲבַדְתּוּן, sicut Hebr. עֲשִׂיתֶם, sed Syr. ܥܒܰܕܬܶܝܢ *fecistis*, uti etiam Arab. صَنَعْتُمَا *fecistis ambae;* vers. 22. אִנּוּן אֲתוֹ, sicut Hebr. הֵמָּה בָּאוּ, sed Syr. ܐܶܬܝ̈ܳ *venerunt;* vers 8. עִמְּכוֹן, sicut Hebr. עִמָּכֶם, sed Syr. ܥܰܡܟܶܝܢ *cum vobis;* Zach. 12, 14. זַרְעָן — וּנְשֵׁיהוֹן, ܫܰܪ̈ܒܳܬܳܐ — ܘܢܶܫ̈ܝܗܘܢ, sicut Hebr. מִשְׁפָּחֹת — וּנְשֵׁיהֶם *familiae et earum* (prop.) *eorum femininae.*

2. Nomina cum aliis orationis partibus *diversi numeri* aliquando construuntur: ut Ezech. 41, 15. כְּרוּבִין — גְּלִיף, ܟܪܘܒܝܢ — ܓܠܝܦܐ, sicut ratione habita *generis* simul Hebr. כְּרוּבִים — עֲשׂוּיָה *sculpti* sive *facti* (*sculptum* sive *factum*) *erant Cherubi;* 1 Sam. 1, 2. *Hannae* לֵית בְּנִין, ܠܰܝܬ ܠܳܗ̇ ܒܢܰ̈ܝܳܐ, sicut Hebr. אֵין יְלָדִים et Arab. لَمْ يَكُنْ لَهَا بَنُونَ *non fuerunt* (sive ut Syr. et Arab. *ei*) *erant* prop. *erat liberi;* Hab. 2, 15. ܥܰܛ̈ܡܰܝܗܘܢ, sicut Hebr מְעוֹרֵיהֶם *pudenda eorum* et Arab. مَغَايِرِهِمْ *spelun-*

cae eorum sunt, ut Chald. קְלָנִיהּ *pudenda ejus*, sive *speluncae ejus* nempe *socii*.

3. Nomina cum aliis orationis partibus *diversi generis* simul ac *numeri* aliquando construuntur: ut Job. 42, 13. לָא אִשְׁתְּכַח נְשַׁיָּא, sicut Hebr. לֹא נִמְצָא נָשִׁים et Arab. لَمْ يُوجَدْ نِسَاءٌ *non inventum est* est, ut Syr. ܠܳܐ ܐܶܫܬܟܰܚ ܫܦܺܝܪ̈ܳܢ ܢܶܫ̈ܶܐ *non inventae sunt feminae;* Cap. 39, 14. ܫܒ݂ܰܩ — ܒܢܳܬ݂ܶܗ, sicut Hebr. תַּעֲזֹב - בֵּיצֶיהָ - *reliquit* id est *reliquerunt* (nempe coll. vers 12. *struthiones*) *filias suas*, sive *ova sua;* 2 Reg. 3, 3. חוֹבֵי, ܚܛܗ̈ܘܗܝ, Hebr. חַטֹּאות et Arab. آثَامِ *peccatis Jeroboami adhaesit*, — *non recessit* מִנָּה, ut Hebr. item מִמֶּנּוּ et Arab. عَنْهَا ab *eo* prop. *ea* est, ut Syr. ܡܶܢܗܽܘܢ *ab iis*.

Quaest.

Quomodo triplex illa irregularis, quae extra regimen inter orationis partes observatur constructio explicanda, et quare plura ejus apud Hebraeos, quam apud Aramaeos et Arabes exstant documenta?

§ 72.

NOMINA NUMERALIA.

Inter ea, sive simplicitatis sive ruditatis indicia dialectis Orientalibus, ipsi adeo cultissimae sermonis Arabici dialecto propria, minime profecto omittenda sunt Nomina, quibus *numeri* indicantur. In aliis cultioribus nempe linguis Nomina *numeralia* sunt omnia Adjectiva, pro diversa forma, diversam vim habentia, et hanc ipsam quoque ob caussam a grammaticis ad peculiares quasdam classes relata, ita ut a *cardinalibus* et *ordinalibus* distinguantur *distributiva*, *multiplicativa*, *proportionalia* et denique *temporalia*, quae vocantur. In dialectis vero Orientalibus, ne excepta quidem, ut diximus, Arabica, quamvis omnium maxime exculta, Nomina *numeralia* vix ulla alia sunt quam, quae a grammaticis appellantur, *cardinalia*, et ea quidem omnia Substantiva, quibus sine ulla terminationis diversitate, reliqua, quae usurpantur diversarum classium *numeralia*, modo citata, ipsa etiam *ordinalia* fere omnia exprimuntur semper. Praeterea non nisi pauca terminationem *femininam* habent, et pauca illa maximam partem *dispari* non tantum *genere*, sed, ut multo plura alia, *dispari* etiam *numero* cum rebus *numeratis*, quae vocantur, construi solent.

Quae cum ita sint, omnis in grammatica item Aramaea de Nomnibus *numeralibus* disputatio proprie sola spectat Nomina *cardinalia*, et quae habentur

ordinalia: spectat autem ita, ut a nobis etiam, quamvis breviter, interpretandum, qualis horum Nominum sit forma, constructio ac vis.

Obs.

Diversae grammaticorum sententiae de dispari ratione, qua Nomina numeralia scribuntur.

§ 73.

NOMINA NUMERALIA, QUAE VOCANTUR CARDINALIA.

Nomina *numeralia*, quibus soli exprimuntur *numeri*, nulla ratione habita *ordinis*, vocantur *cardinalia.* Sunt porro ea omnia Substantiva, quaeque, quia partim sola, partim secum invicem copulata usurpantur, dividuntur a grammaticis in *simplicia* et *composita*.

Et haec quidem divisio in grammatica Chaldaica et Syriaca non minus sane apta est habenda quam in Hebraica et Arabica, quemadmodum mox videbimus.

I.

NOMINA NUMERALIA, QUAE VOCANTUR CARDINALIA SIMPLICIA.

Nomina *numeralia*, quae vocantur *cardinalia simplicia* commode ad tres classes referri possunt, ita ut prima contineat ea inde a 1 – 10, altera ea a 20 – 90, tertia denique reliqua, quibus ceteri numeri principales exprimuntur.

1.

Nomina numeralia, quae vocantur cardinalia simplicia primae classis, sive inde a 1 — 10.

a. Formam habent cum *masculinam* tum *femininam* eorumque haec est tabella:

Forma

	masculina		*feminina*	
1	חַד	ܚܕ	חֲדָא	ܚܕܐ
2	תְּרֵין	ܬܪܝܢ	תַּרְתֵּין	ܬܪܬܝܢ
3	תְּלָת	ܬܠܬ	תְּלָתָא	ܬܠܬܐ
4	אַרְבַּע	ܐܪܒܥ	אַרְבְּעָא	ܐܪܒܥܐ
5	חֲמֵשׁ	ܚܡܫ	חַמְשָׁא	ܚܡܫܐ
6	שֵׁת	ܫܬ	שִׁתָּא	ܫܬܐ
7	שְׁבַע	ܫܒܥ	שִׁבְעָא	ܫܒܥܐ
8	תְּמָנֵי	ܬܡܢܐ	תְּמַנְיָא	ܬܡܢܝܐ
9	תְּשַׁע	ܬܫܥ	תִּשְׁעָא	ܬܫܥܐ
10	עֲסַר	ܥܣܪ	עַסְרָא	ܥܣܪܐ

b. Etsi apud Aramaeos, et maxime apud Syros, non pleraque, ut apud Hebraeos, nedum, ut apud Arabes omnia, praeter formam *absolutam*, quam proposita exhibet tabella, habent etiam *constructam:* habent autem eam, quod verbo monendum, a forma *absoluta* inclinatam partim more solito partim syllaba תֵי cum praemisso *Schevate* in duobus, in ceteris vero vocabulis cum praemissa vocali *Kamets* et mutato תְּרֵי ante Adfixa in תַּרְוֵי. Ita v. c. formatum est תְּרֵי, ܬܪ̈ܝ a תְּרֵין, ܬܪ̈ܝܢ; תַּרְתֵּי, ܬܪ̈ܬܝ a תַּרְתֵּין, ܬܪ̈ܬܝܢ, אַרְבַּעַת, ܐܪܒܥܬ ab אַרְבְּעָא, ܐܪܒܥܐ; תְּלָתֵי a תְּלָת; אַרְבַּעְתֵּי ab אַרְבַּע, עַסְרְתֵי a עֲסַר; תַּרְוֵיהוֹן *ambo isti:* ex תַּרְוֵי a תְּרֵי. — Praeterea חַד, ܚܕ *unus* et חֲדָא, ܚܕܐ *una* per *aphaeresin* scribi solent.

c. Inde a tribus rem *numeratam* non alius tantum *numeri*, verum etiam alius fere semper *generis* sibi habent, more Hebraeorum et Arabum, modo praepositam, modo appositam: apud Syros praepositam vulgo in statu *emphatico*, appositam in statu *absoluto*, apud Chaldaeos sive praepositam sive appositam in statu *absoluto.* Multo rarius autem, ut modo dictum, apud utrosque, quam apud Hebraeos et Arabes res *nume-*

ratas haecce Nomina *numeralia* in statu *constructo* praecedunt: ut Gen. 14, 9. אַרְבְּעָה מַלְכִּין, ܐܪܒܥܐ, ܡ̈ܠܟܝܢ, ut Hebr. אַרְבָּעָה מְלָכִים et Arab. أَرْبَعَةُ أَمْلَاكٍ *quatuor reges;* Zach. 1, 18. אַרְבַּע מַלְכְוָן *quatuor regna*, ut Syr. ܐܪܒܥ ܡܠܟܘ̈ܢ et Hebr. אַרְבַּע קְרָנוֹת et etiam Arab. أَرْبَعَةُ قُرُونٍ *quatuor cornua;* Gen. 32, 15. תוֹרִין עַסְרָא, ܬܘ̈ܪܐ ܥܣܪܐ, ut Hebr. פָּרִים עֲשָׂרָה *tauri decem*, sed Arab. عَشَرَةُ ثِيرَانٍ *decem tauri;* Num. 34, 13. תִּשְׁעַת שִׁבְטִין, ut Hebr. תִּשְׁעַת הַמַּטּוֹת et Arab. تِسْعَةُ أَسْبَاطٍ, sed Syr. ܬܫܥܐ ܫܒ̈ܛܝܢ *novem tribus;* Num. 2, 3. אַרְבַּעְתֵּי מִילִין (Sec. *Parap. Jonath.*) *quatuor milliaria.* Nec Syris inauditum, ut Nomen *numerale* sit *regens:* ut Math. 24, 31. ܐܪܒܥܬܗܝܢ ܪ̈ܘܚܐ *quatuor venti*, Cap. 4, 25. ܥܣܪ ܡܕ̈ܝܢܬܐ *decem urbes.*

Et ita etiam cum aliis Nominibus *numeralibus* composita a rebus *numeratis* ratione habita et *generis* et *numeri* discrepare solent, ut *num.* II. 1, 2. et 3. videbimus. Conf. porro § 74. I. 1, c. et *num.* III.

2.

Nomina numeralia, quae vocantur cardinalia simplicia secundae classis sive inde a 20 — 90.

a. Sunt, ut apud Hebraeos et Arabes, *cardinalia simplicia* primae classis, inde a numero *ternario* cum terminatione plurali ִין, ܝܢ *masculina*, sed vi ea tenus etiam *feminina*, quae terminatio insuper in עַסְרִין, ܥܣܪܝܢ *viginti* notat *bis*, in ceteris *decem*. Hinc. ergo 20 est עַסְרִין, ܥܣܪܝܢ, 30 תְּלָתִין, ܬܠܬܝܢ, 40 אַרְבְּעִין, ܐܪܒܥܝܢ, 50 חַמְשִׁין, ܚܡܫܝܢ, 60 שִׁתִּין, ܫܬܝܢ, 70 שַׁבְעִין, ܫܒܥܝܢ, 80 תְּמָנִין sive תְּמָנַן, ܬܡܢܝܢ, 90 תִּשְׁעִין, ܬܫܥܝܢ.

b. Rem *numeratam* non, ut apud Hebraeos et maxime apud Arabes singularis, sed pluralis numeri plerumque in statu *absoluto* positam praecedunt, subinde eam formam *emphaticam*, vel etiam *constructam* habentem excipiunt: ut Jud. 11, 33. עֶשְׂרִין קִרְוִין, sed Syr. ܥܣܪܝܢ ܩܘܪ̈ܝܐ, ut Hebr. עֶשְׂרִים עִיר, ut etiam Arab. عِشْرُونَ قَرْيَةً *viginti civitates*; Gen. 7, 4.

ܐܪܒܥܝܢ ܝܘܡܝܢ, ܐַרְבְּעִין יְמָמִין, sed Hebr. אַרְבָּעִים יוֹם, uti etiam Arab. أَرْبَعُونَ يَوْمًا *quadraginta dies;*- Gen. 32, 14. תְּיָשַׁיָּא עַסְרִין, ܬܝܫܐ ܥܣܪܝܢ, ut Hebr. תְּיָשִׁים עֶשְׂרִים, sed Arab. عِشْرُونَ تَيْسًا *viginti hircos* et ibidem דִּכְרֵי עַסְרִין, sed Syr. ܕܟܪ̈ܐ, ܬܝܫ̈ܐ, ut Hebr. אֵילִים עֶשְׂרִים et Arab. ut modo عِشْرُونَ كَبْشًا *viginti arietes.*

Obs.

De forma תְּמָנֵי *octo*, תַּמְנָן *octoginta aliisque etiam cum horum tum aliorum vocabulorum formis plus minusve universe irregulariter scriptis.*

3.

Nomina numeralia, quae vocantur cardinalia simplicia tertiae seu ultimae classis, quae ceteros numeros principales exprimunt.

Ad hanc classem pertinent: מְאָה, ܡܐܐ 100, מָאתַיִן

sive מָאתָן, ܡܐܬܝܢ 200, אֲלַף, vel אֱלֶף, ܐܠܦ,
ܐܠܦ vel ܐܠܦ 1000 *emph.* אַלְפָא, ܐܠܦܐ pluralis
absol. אַלְפִין, ܐܠܦܝܢ *emph.* אַלְפַיָּא, ܐܠܦܐ vel
ܐܠܦܝܐ et *const.* אַלְפֵי, ܐܠܦܝ, רִבּוֹא sive רִבּוֹ,
ܪܒܘ 10,000. plur. *abs.* רִבְּוָן vel רִבְבָן, ܪܒܘܢ,
emph. רִבְּוָתָא vel רִבְבָתָא, ܪܒܘܬܐ et constr. רִבְּוֹת
vel רִבְבַת, ܪܒܘܬ, — Quae quidem Nomina cum rebus *numeratis* construuntur pari modo, quo primae ac secundae classis Nomina, atque adeo omnia rem *numeratam* in plurali numero positam plerumque praecedunt, raro excipiunt; alia ab ea non tantum *numero*, verum *genere* etiam discrepant; alia nunc hujus nunc alius Status sunt, sed non omnia sola sine aliis Nominibus *numeralibus* cum rebus *numeratis* copulantur: ut Gen. 11, 10. מְאָה שְׁנִין, ܡܐܐ ܫܢܝܢ, sed Hebr. מְאַת שָׁנָה, uti etiam Arab. مِائَةُ سَنَةٍ *centum anni*; Exod. 38, 25. מְאָה כִּכְּרִין, ܡܐܐ ܟܟܪܝܢ, sed Hebr. מְאַת כִּכָּר, uti etiam Arab. مِائَةُ بَدْرَةٍ *centum talenta.*

2 Chron. 3, 16. ܪܘܡܢ̈ܐ ܡܐܐ, ut Hebr. רִמּוֹנִים מֵאָה, sed Arab. مائة رمّانة *centum malagranata;* — Gen. 11, 23. מְאתָן שְׁנִין, ܡܐܬܝܢ ܫܢܝܢ, sed Hebr. מָאתַיִם שָׁנָה et Arab. مائتا سنة *ducenti anni;* Esr. 6, 17. דִּכְרִין מָאתַיִן, ܕܟܪ̈ܐ ܡܐܬܝܢ et Arab. مائتان كبش *ducenti arietes;* Gen 32, 14 עִזֵּי מָאתָן, ܥܙ̈ܐ ܡܐܬܝܢ, sed Hebr. עִזִּים מָאתַיִם et Arab. مائتا عنز *ducentae caprae.* Jes. 7, 23. אֶלֶף גּוּפְנִין, ܐܠܦ ܓܘܦܢ̈ܐ, sed Hebr. אֶלֶף גֶּפֶן et Arab. ألف كرمة *mille vites;* Psal. 90, 4. אֶלֶף שְׁנִין, ܐܠܦ ܫܢܝܢ, uti etiam Hebr. אֶלֶף שָׁנִים, sed Arab. ألف سنة *mille anni;* Esr. 8, 27. ܕܪ̈ܟܡܘܢܐ ܐܠܦ, uti etiam Hebr. אֲדַרְכֹנִים אֶלֶף sed Arab. ألف درهم *mille drachmae;* Deut. 5, 10. אַלְפֵי דָרִין, ܐܠܦ̈ܐ ܕܪ̈ܐ *millia generationum;* — Matth. 18, 24. ܪ̈ܒܘ ܟܟܪ̈ܝܢ *decem millia talentorum;* 1. Cor. 4, 15. ܪ̈ܒܘ ܬܪ̈ܐ

decem millia paedagogorum; 1 Sam. 18, 7. רִיבְוָן, ܪ̈ܶܒܘܳܬܳܐ, ut etiam Arab. رُبُوَّات *decem millia* nempe, ut Hebr. רִבְבוֹתָיו *decem millia ejus;* Deut. 33, 2. רִבְבַת קַדִּישִׁין, ܪ̈ܶܒܘܳܬܳܐ ܕܩܰܕܺܝܫܶܐ, ut Hebr. רִבְבֹת קֹדֶשׁ et Arab. رُبُوَّةُ القُدُسِ *decem millia sanctorum;* Deut. 33, 17. רִבְוָתָא דְבֵית אֶפְרַיִם, ܪ̈ܶܒܘܳܬܳܐ ܕܐܶܦܪܶܝܡ, Hebr. רִבְבוֹת אֶפְרָיִם et Arab. رُبُوَّاتُ افرايم *decem millia* (Chald. *domus*) *Ephraim;* Cap 32, 30. רִבּוֹתָא, ܪ̈ܶܒܘܳܬܳܐ, Hebr. רְבָבָה et Arab. رُبُوَّةٌ *decem millia.* — *Duo millia* vero non forma *duali* more Hebraeorum et Arabum neque etiam *duae myriades*, sed forma plurali, quemadmodum mox *num.* III, 3. videbimus, exprimuntur.

II.

NOMINA NUMERALIA, QUAE VOCANTUR CARDINALIA COMPOSITA.

Numeralia haecce, quae vocantur *cardinalia composita*, sunt ipsa *simplicia*, hactenus a nobis descripta, quorum alia cum aliis copulata sunt: copulata triplici diverso modo pro tribus diversis classibus, ad quas modo ea retulimus. Atque ita horum quoque Nomi-

num tres classes constitui possunt: prima *cardinalia composita* inde a 11 — 19, altera *cardinalia composita* a 21 — 29. a 31 — 39 et ita porro usque ad 99, tertia denique reliqua *cardinalia composita* complectens.

1.

Nomina numeralia, quae vocantur cardinalia composita primae classis, sive a 11 — 19.

a. Sunt ipsa *simplicia* primae classis sive singula *simplicia* singularis numeri inde a 1 — 9 cum *denario*, ultimo primae hujus classis vocabulo nempe עֲסַר, ܥܣܰܪ *masculini* aut עַסְרֵי, ܥܣܪܶܐ *feminini* generis, prorsus ut in Hebraico cum עָשָׂר aut עֶשְׂרֵה et in Arabico sermone cum عَشَرَ aut عَشْرَةَ copulata: copulata quidem ita, ut inde a *ternario* posteriorem *masculina*, priorem *feminina* hujus vocabuli formam sibi appositam habeant, quemadmodum sic etiam inde a *ternario* non cum *denario* conjuncta rem *numeratam* disparis *generis*, ut vidimus, sibi appositam habere solent. — Apud Syros porro hujus classis Nomina, quoad ejus fieri potest, conjunctim scribuntur et, idque in primis in sermone Chaldaico maximam partem cum apposito *denario* per *aphaeresin* eamque plerum-

que cum *apocope*, et in postremo numero 19 cum *metathesi* conjunctam coalescunt, atque ita, uti etiam per *epenthesin* literae ܝ *quiescentis* in *Tseri* et literae ܬ cum *Petocho* aliam, *imperfectam* prorsus illam et *irregularem* accipiunt formam in recentioris potissimum aetatis *Paraphrasibus* Chaldaicis et in aliis Judaeorum scriptis. Qualis autem horum Nominum forma sit cum *seperatim* tum *conjunctim* scripta, adjecta accuratius monstrat tabella:

Forma

	masc.	*masc.*	*fem.*	*fem.*
11.	חַד עֲסַר	ܚܕܥܣܪ	חֲדָא עַסְרֵי	ܚܕܥܣܪܐ
	s. חֲדַסַר		s. חֲדְסַרֵי	
12.	תְּרֵי עֲסַר	ܬܪܥܣܪ	תַּרְתָּא עַסְרֵי	ܬܪܬܥܣܪܐ
	s. תְּרֵיסַר		s. תַּרְתֵּיסְרֵי	
13	תְּלָתָא עֲסַר	ܬܠܬܥܣܪ	תְּלָת עַסְרֵי	ܬܠܬܥܣܪܐ
	s. תְּלָתֵיסַר et תְּלֵיסַר		s. תְּלֵיסְרֵי	
14.	אַרְבְּעָא עֲסַר	ܐܪܒܥܣܪ	אַרְבַּע עַסְרֵי	ܐܪܒܥܣܪܐ
	s. אַרְבֵּיסַר	s. ܐܪܒܬܥܣܪ	s. אַרְבֵּיסְרֵי	
15.	חַמְשָׁא עֲסַר	ܚܡܫܥܣܪ	חֲמֵשׁ עַסְרֵי	ܚܡܫܥܣܪܐ
	s. חֲמֵיסַר	s. ܚܡܫܬܥܣܪ	s. חֲמֵיסְרֵי	

16.	שְׁתָּא עֲסַר	ܫܬܥܣܪ	שֵׁת עֶסְרֵי	ܫܬܥܣܪܐ
	s. שְׁתֵּיסַר	s. ܫܬܬܥܣܪ	s. שֵׁיתְסְרֵי	
17.	שְׁבְעָא עֲסַר	ܫܒܥܣܪ	שְׁבַע עֶסְרֵי	ܫܒܥܣܪܐ
	s. שְׁבְסַר	s. ܫܒܬܥܣܪ	s שְׁבְסְרֵי	
18.	תְּמַנְיָא עֲסַר	ܬܡܢܥܣܪ	תְּמָנֵי עֶסְרֵי	ܬܡܢܥܣܪܐ
	s. תְּמָנֵיסַר	s. ܬܡܢܬܥܣܪ	s. תְּמְנֵיסְרֵי	
19.	תְּשְׁעָא עֲסַר	ܬܫܥܣܪ	תְּשַׁע עֶסְרֵי	ܬܫܥܣܪܐ
	s. שְׁתְסַר	s. ܬܫܬܥܣܪ	s. שְׁתְסְרֵי	

Quaest.

Quaenam descriptae propositaeque horum Nominum apud Syros formae favent?

a. Construuntur cum re *numerata* ut *simplicia*, quatenus rem *numeratam* pluralis numeri plerumque ejusdemque pariter formae et horum Nominum alterutrum fere semper etiam, prorsus quemadmodum extra eorum compositionem, alius generis est quam res *numerata*. Quocirca horum Nominum solita constructio partim magis Hebraica, partim magis Arabica est: ut 2. Sam. 9, 10. חֲמֵשׁ עָשָׂר בָּנִין, ܚܡܫܬ

ܚܡܫܬܥܣܪ ܒܢ̈ܝܢ, ut Hebr. חֲמִשָּׁה עָשָׂר בָּנִים, sed Arab. خَمْسَةَ عَشَرَ آبْنًا *quindecim filii;* Exod. 27, 15. ܚܡܫܬܥܣܪ ܣܕܪ̈ܝܢ, חֲמֵשׁ עַסְרֵי סִדְרִין, uti etiam Hebr. חָמֵשׁ עֶשְׂרֵה קְלָעִים *quindecim vela*, (Syr. *ordines);* Lev. 27, 7. חֲמֵשׁ עַסְרֵי סִלְעִין, sed Syr. ܚܡܫܬܥܣܪ ܡܬܩ̈ܠܝܢ, Hebr. חֲמִשָּׁה עָשָׂר שֶׁקֶל, et Arab خَمْسَةَ عَشَرَ مِثْقَالًا *quindecim sicli;* Exod. 26, 25. שִׁתָּא עֲשַׂר סַמְכִין, uti etiam Hebr. שִׁשָּׁה עָשָׂר אֲדָנִים, sed Arab. سِتَّ عَشْرَةَ قَاعِدَةً *sedecim bases*, et Syr. omissa re *numerata* tantummodo ܫܬܬܥܣܪ *sedecim;* Jos. 15. 36. קִרְוִין אַרְבַּע עַסְרֵי, uti etiam Hebr. עָרִים אַרְבַּע עֶשְׂרֵה, sed Arab. أَرْبَعَةَ عَشَرَ مَدِينَةً *quatuordecim urbes*, Syr. ܩܘܪ̈ܝܐ ܚܡܫܬܥܣܪܐ *quindecim urbes;* 2 Reg. 13, 10. שִׁית עַסְרֵי שְׁנִין *sedecim anni*, Syr. ܬܠܬܬܥܣܪܐ ܫܢ̈ܝܢ *tredecim anni*, sed Hebr. שֵׁשׁ עֶשְׂרֵה שָׁנָה *sedecim anni* et Arab. ثَلٰثَةَ عَشَرَ سَنَةً *tredecim anni.*

2.

Nomina numeralia, quae vocantur cardinalia composita secundae classis, sive a 21—29, 31—39 et ita porro usque ad 99.

a. Sunt *cardinalia simplicia* secundae classis sive pluralis numeri *communis* generis cum *cardinalibus simplicibus* primae classis, utriusque generis ope Particulae ו, ܘ copulata, prorsus ut apud Hebraeos et etiam Arabes, ita tamen, ut numerus major minorem numerum praecedat et non ut apud illos maxime apud Arabes minor majorem. Unde horum tabella sic se habet:

Forma

	masc.	*masc.*	*fem.*	*fem.*
21.	עֶסְרִין וְחַד,	ܥܣܪܝܢ ܘܚܕ	עֶסְרִין וַחֲדָא,	ܥܣܪܝܢ ܘܚܕܐ
22.	עֶסְרִין וּתְרֵין,	ܥܣܪܝܢ ܘܬܪܝܢ	עֶסְרִין וְתַרְתֵּין,	ܥܣܪܝܢ ܘܬܪܬܝܢ
23.	עֶסְרִין וּתְלָת,	ܥܣܪܝܢ ܘܬܠܬ	עֶסְרִין וּתְלָתָא,	ܥܣܪܝܢ ܘܬܠܬܐ
24.	עֶסְרִין וְאַרְבַּע,	ܥܣܪܝܢ ܘܐܪܒܥ	עֶסְרִין וְאַרְבְּעָא,	ܥܣܪܝܢ ܘܐܪܒܥܐ.

Et ita porro.

b. Sequuntur hujus classis Nomina constructionem Nominum *numeralium compositorum* superioris sive primae classis, hoc tamen cum discrimine, quod horum posterius rem *numeratam* alius tantum numeri, non vero simul alius etiam generis, ut extra compositionem, sibi appositam habere solet: ut Gen. 5, 17. תִשְׁעִין וְחָמֵשׁ

שְׁנִין, ܬܫܥܝܢ ܘܚܡܫ ܫܢܝܢ, sed Hebr. חָמֵשׁ וְתִשְׁעִים שָׁנָה et Arab. خمس وتسعون سنة nonaginta quinque anni; Deut. 2, 14. תְּלָתִין וְתַמְנֵי שְׁנִין, ܬܠܬܝܢ ܘܬܡܢܐ ܫܢܝܢ, Hebr. שְׁלֹשִׁים וּשְׁמֹנֶה שָׁנָה et Arab. ثمان وثلاثون سنة *octo et triginta anni;* Jos. 19, 30. קִרְוִין תַּרְתֵּין וְעֶשְׂרִין, ܩܘܪܝܐ ܥܣܪܝܢ ܘܬܪܬܝܢ, Hebr. עָרִים עֶשְׂרִים וּשְׁתַּיִם, sed Arab. اثنتان وعشرون مدينة *duae et viginti civitates;* Jos. 15, 32. קִרְוַיָּא עֶשְׂרִין וּתְשַׁע, uti etiam Hebr. עָרִים עֶשְׂרִים וָתֵשַׁע, sed Arab. تسعة وعشرون مدينة *urbes viginti novem*, et Syr. ܩܘܪܝܐ ܬܠܬܝܢ ܘܫܬ *triginta et sex civitates.* — Res *numerata* non nisi semel tantum poni solet: ut Gen. 12, 4. שִׁבְעִין וְחָמֵשׁ שְׁנִין, ܫܒܥܝܢ ܘܚܡܫ ܫܢܝܢ, uti etiam Arab. خمس وسبعون سنة, sed Hebr. חָמֵשׁ שָׁנִים וְשִׁבְעִים שָׁנָה *septuaginta quinque anni.*

3.

Nomina numeralia, quae vocantur cardinalia composita tertiae sive postremae classis, quibus reliqua cardinalia composita exprimuntur.

Hujus classis *Numeralia* sunt vel *cardinalia* modo *simplicia* modo *composita* primae et secundae classis *cardinalibus simplicibus* tertiae classis pari *genere* parique etiam vulgo *forma*, qua et cum rebus *numeratis* et secum invicem componuntur, conjuncta, sed omnia sine ו, ܘ *copulativa* praeposita, quaeque, ut reliqua *Numeralia composita* cum re *numerata* construuntur, vel ipsa tertiae hujus classis *Numeralia* eundem in modum secum invicem composita et cum rebus *numeratis* copulari solita: ut Job. 1, 3. ܚܡܫܡܐܐ, ܐܬܢ̈ܢ, חֲמֵשׁ מְאָה אַתְנָן, Hebr. חֲמֵשׁ מֵאוֹת אֲתוֹנוֹת et Arab. خمس مائة أتان *quingentae asinae;* Jud. 7, 7. תְּלַת מְאָה גּוּבְרִין, ܬܠܬܡܐܐ, ܓܒܪ̈ܝܢ, Hebr. שְׁלשׁ מֵאוֹת הָאִישׁ *trecenti viri;* Esth. 1, 4. ܡܐܐ, מְאָה וְתַמְנָן יוֹמִין, ܘܬܡܢܝܢ ܝܘ̈ܡܝܢ, sed Hebr. שְׁמוֹנִים וּמְאַת יוֹם *centum octoginta dies;* Gen. 5, 6. מְאָה וַחֲמֵשׁ שְׁנִין,

ܡܐܐ ܘܚܡܫ ܫܢܝܢ, sed Hebr. חָמֵשׁ שָׁנִים וּמְאַת שָׁנָה et Arab. مِائَةٌ وَخَمْسُ سِنِينَ *centum quinque anni;* Jud. 20, 45. תְּרֵין וְאַלְפִּין גַּבְרָא, ܬܪܝܢ ܐܠܦܝܢ ܓܒܪܝܢ, sed Hebr. אַלְפַּיִם אִישׁ et Arab. أَلْفَا رَجُلٍ *duo millia virorum;* Job. 1, 3. תְּלָתָא אַלְפִּין דְּגַמְלַיָּא, ܬܠܬܐ ܐܠܦܝܢ ܓܡܠܐ, Hebr. שְׁלֹשֶׁת אַלְפֵי גְמַלִּים, Arab. ثَلَاثَةُ آلَافِ جَمَلٍ *tria millia camelorum;* — Ps. 68, 18. תְּרֵין רִבְבָן, Hebr. רִבֹּתַיִם *duae myriades;* Jon. 4, 11. תַּרְתָּא עַסְרֵי רִבְוָן אֱנָשָׁא, ܬܪܬܥܣܪܐ ܪܒܘ ܒܢܝܢܫܐ, Hebr. שְׁתֵּים עֶשְׂרֵה רִבּוֹ אָדָם et Arab. اثْنَتَا عَشْرَةَ رِبْوَةً مِنَ النَّاسِ *duodecim myriades hominum;* Cant. 5, 10. רִבּוֹא רִבְוָן מַלְאָכִין *myrias myriadum angelorum.*

§ 74.

NOMINA NUMERALIA, QUAE VOCANTUR ORDINALIA.

Nomina *numeralia*, quae numerorum *ordinem* exprimunt, et propterea a grammaticis *ordinalia* appellari solita duplicis generis sunt, quatenus alia peculiari

sua se forma *characteristica*, quae vocatur, distinguunt, alia non item, quamobrem non opus est, ut haec aeque accurate atque illa hic loci a nobis describantur.

Etenim posterioris generis *Ordinalia* sunt ipsa cujusvis classis *Cardinalia*, cum *simplicia* tum *composita*, superiore paragrapho a nobis descripta, quae nullo modo mutata, uno suo cum sermonis nexu vi tenus tantum fiunt *Ordinalia*. Et ita quidem sermonis nexu ope *Cardinalium* omnia, exceptis apud Hebraeos decem, apud Arabes vero et Aramaeos, maxime apud Syros, multo pluribus, quemadmodum videbimus, exprimuntur *Ordinalia*, imo vero ea quoque subinde ipsa omnia, quae peculiari vulgo suo se habitu in memoratis dialectis discriminare solent, sive prioris generis *Ordinalia*.

Quod ergo ad prioris generis *Ordinalia* attinet: ea omnia sunt Adjectiva et ut *Cardinalia*, partim *simplicia*, partim *composita*, atque propterea pariter ut illa ad suas singula classes referenda.

I.

NOMINA NUMERALIA, QUAE VOCANTUR ORDINALIA SIMPLICIA PRIORIS GENERIS, SIVE ORDINALIA FORMAE CHARACTERISTICAE.

Cardinalium simplicium tres, sed *Ordinalium simplicium* duae tantum habentur classes: altera est a 1–10, altera a 20–90 Nam. reliqua *Cardinalia simplicia* tertiae classis sive inde a 100 vi tantum, non vero forma item sua ita fiunt *Ordinalia*.

1.

Nomina ordinalia prioris classis sive simplicia a 1° — 10 um.

a. Ducta sunt, exceptis duobus primis, a *Cardinalibus simplicibus* primae classis, cum inserta secundam et ultimam *radicalem* inter litera ܝ, ـيـ in *Chirek* et *Chebozo* vocalibus *quiescente*, ut fere apud Hebraeos et summatim quoque apud Arabes, tum apposita terminatione ܝ, ـيّ *masculina* (ut apud Hebraeos ִי.) eaque etiam ָאָה, ܝܳܐ vel *emphatica* (§ 66, 1. § 69, II, 1. 2. *d.*) vel *feminina* (§ 67, II, 1, *a.*, *b.*) ut apud Hebraeos ִית aut ָה, et apud Arabes ـَة: quae terminatio *feminina* apud Syros regulariter mutatur in *emphaticam* hancce ܝܬܳܐ, apud Chaldaeos vero modo in יֵתָא modo in יָתָא modo in יָתָא modo in תָא, pulsa etiam ante alias terminationes litera *jod.* — Quod porro ad duo illa, quae excipiuntur, Nomina attinet: horum prius, ut apud Hebraeos et Arabes, alius orginis vocabulo exprimitur, et ita etiam posterius non simili prorsus modo, quo reliqua octo a forma *cardinali* ductum est. — Variae autem hae commemoratae terminationes non omnes quidem reapse tritae inveniuntur, sed quaedam earum, et hoc in primis de terminatione *absoluta* masculina in sermone Syriaco affirmandum, a grammaticis tantum convenienter linguae indoli fictae sunt ac

constitutae. — Formis porro femininis non, ut apud Hebraeos, aliquando inest *partis* significatio, quam vim apud Aramaeos, uti etiam apud Hebraeos et Arabes singulares quaedam Nominum formae exprimere solent. Vid *num.* 111, 6. Atque ita horum Nominum formae hunc in modum sese habent:

Forma Masculina

	absoluta,	*emphatica*,	*absoluta*,	*emphatica.*
Primus	קַדְמִי	קַדְמָאָה	ܩܕܡܝ	ܩܕܡܝܐ
Secundus	תִּנְיָן	תִּנְיָנָא	ܬܢܝܢ	ܬܢܝܢܐ
	s. תִּרְיָן		s. ܬܪܝܢ	s. ܬܪܝܢܐ
Tertius	תְּלִיתַי	תְּלִיתָאָה	ܬܠܝܬܝ	ܬܠܝܬܝܐ
Quartus	רְבִיעַי	רְבִיעָאָה	ܪܒܝܥܝ	ܪܒܝܥܝܐ
Quintus	חֲמִישַׁי	חֲמִישָׁאָה	ܚܡܝܫܝ	ܚܡܝܫܝܐ
Sextus	שְׁתִיתַי	שְׁתִיתָאָה	ܫܬܝܬܝ	ܫܬܝܬܝܐ
Septimus	שְׁבִיעַי	שְׁבִיעָאָה	ܫܒܝܥܝ	ܫܒܝܥܝܐ
Octavus	תְּמִינַי	תְּמִינָאָה	ܬܡܝܢܝ	ܬܡܝܢܝܐ
Nonus	תְּשִׁיעַי	תְּשִׁיעָאָה	ܬܫܝܥܝ	ܬܫܝܥܝܐ
Decimus	עֲסִירַי	עֲסִירָאָה	ܥܣܝܪܝ	ܥܣܝܪܝܐ

Terminatio ַי *absoluta* masculini generis saepius scribitur ַאי ָאֵי, more etiam Hebraeorum ִי, neque ejus terminatio plur. inusitata est.

Forma feminina

	absoluta,	*emphatica*,	*absoluta*,	*emphatica*.
Prima	קַדְמָאָה	קַדְמֵיתָא	ܩܰܕܡܳܝܳܐ	ܩܰܕܡܳܝܬܳܐ
Secunda	תִּנְיָנָא	תִּנְיָתָא	ܬܪܰܝܳܢܳܐ	ܬܪܰܝܳܢܝܬܳܐ
Tertia	תְּלִיתָאָה	תְּלִיתֵיתָא	ܬܠܝܼܬܳܝܳܐ	ܬܠܝܼܬܳܝܬܳܐ
Quarta	רְבִיעָאָה	רְבִיעָתָא	ܪܒܝܼܥܳܝܳܐ	ܪܒܝܼܥܳܝܬܳܐ
Quinta	חֲמִישָׁאָה	חֲמִישִׁיתָא	ܚܡܝܼܫܳܝܳܐ	ܚܡܝܼܫܳܝܬܳܐ
Sexta	שְׁתִיתָאָה	שְׁתִיתֵיתָא	ܫܬܝܼܬܳܝܳܐ	ܫܬܝܼܬܳܝܬܳܐ
Septima	שְׁבִיעָאָה	שְׁבִיעֵיתָא	ܫܒܝܼܥܳܝܳܐ	ܫܒܝܼܥܳܝܬܳܐ
Octava	תְּמִינָאָה	תְּמִינָתָא	ܬܡܝܼܢܳܝܳܐ	ܬܡܝܼܢܳܝܬܳܐ
Nona	תְּשִׁיעָאָה	תְּשִׁיעִיתָא	ܬܫܝܼܥܳܝܳܐ	ܬܫܝܼܥܳܝܬܳܐ
Decima	עֲסִירָאָה	עֲסִירִיתָא	ܥܣܝܼܪܳܝܳܐ	ܥܣܝܼܪܳܝܬܳܐ

Conf v. c. 1 Chron. 24, 7, 8, 9. et Cap. 25, 9, 10, 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17. ubi omnia hujus classis *Ordinalia* exstant: Syriaca *feminina*, Chaldaica *masculina* secundum *Jonath.* propter vocabulum ܦܣܐ, עַדְבָא, ut etiam *masculina* Hebraica propter vocabulum גּוֹרָל, et in priore loco (Nam in posteriori loco non expressa sunt) Arabica *feminina* cum Articulo propter vocabulum اَلْقُرْعَةُ *sors*, ad quod referuntur.

b. Quum omnia sint Adjectiva *statu*, *genere*, *numero* et *casu* vulgo conveniunt cum Substantivis quibuscum construuntur: ut Exod. 20, 5. דָּר תְּלִיתַי *generatio tertia;* Gen. 1, 19. יוֹם רְבִיעָאי, Hebr. יוֹם רְבִיעִי, uti etiam Arab. يَوْمٌ رَابِعٌ, sed Syr. ܝܘܡܐ ܕܐܪܒܥܐ *dies quartus;* C. 15, 16. דָּרָא רְבִיעָאָה, ܫܪܒܬܐ ܕܐܪܒܥܐ, uti etiam Arab. اَلْجِيلُ اَلرَّابِعُ, sed Hebr. דּוֹר רְבִיעִי *generatio quarta;* Lev. 19, 24. שַׁתָּא רְבִיעֵתָא, uti pariter Hebr. הַשָּׁנָה הָרְבִיעִית et Arab. اَلسَّنَةُ اَلرَّابِعَةُ, sed Syr. ܫܢܬܐ ܕܐܪܒܥ *annus quartus;* 2 Reg. 10, 30. בְּנִין רְבִיעִין, sed Syr. ܒܢܝܐ ܕܫܪܒܬܐ, ut Hebr. בְּנֵי רְבִיעִים *filii quartae gene-*

rationis) pp. *filii* *quarti;* Gen. 6, 16. תְלִיתָאִין, uti Hebr שְׁלִשִׁים, sed Syr. ܬܠܝܬܝܐ et Arab. ثَوَالِثُ *tertia contignatio* pp. *tertii* sive *tertia.* Conf. porro *num.* III, 2.

c. Loco horum *Ordinalium* ipsa etiam, ut apud Hebraeos et Arabes, *Cardinalia simplicia* primae classis usurpantur maxime ubi de annorum v. c. mensium et dierum *numero* sermo est. Atque ita usurpata subinde apud Syros Nomen *horam* significans in plurali numero modo *emphatico* sibi praepositum, modo *absoluto* sibi appositum habent: ut v. c. 2 Reg. 12, 1. בִשְׁנַת שְׁבַע, ܒܫܢܬ ܫܒܥ, uti etiam Hebr. בִשְׁנַת שֶׁבַע est, ut Arab. فِي ٱلسَّنَةِ ٱلسَّابِعَةِ *anno septimo;* Joh. 19, 14. ܫܥ̈ܐ ܫܬ et C. 4, 6. ܫܬ ܫܥ̈ܝܢ est *hora sexta.* Subinde etiam nude usurpantur: ut v. c. Exod. 12, 3. עַסְרָא, sed Syr. ܒܥܣܪܐ, uti etiam Hebr. הֶעָשֹׂר est, ut Arab. ٱلْعَاشِرُ *decimus* et Lev. 23, 32. תְשְׁעָה, ܬܫܥܐ, uti etiam Hebr. תִשְׁעָה et Arab. ٱلتَّاسِعَةُ *nonus dies mensis.*

Et ulterius quidem quam ad 10 non procedit apud Hebraeos *characteristica* quaedam Nominum *Ordina-*

lium formatio, sed apud Aramaeos et Arabes ad 19, imo vero apud Syros insuper ad ipsa etiam *Numeralia* pluralis numeri extenditur. De illis mox, de his utpote ad *Ordinalia simplicia* pertinentibus hoc loco agendum.

2.

Nomina numeralia, quae vocantur ordinalia simplicia posterioris classis, sive a 20 — 90.

a. Sunt ipsa *Cardinalia simplicia* secundae classis, sive *Cardinalia simplicia* pluralis numeri atque adeo a 20 — 90 in sermone Syriaco apposita terminatione ܳܝܳܐ *masculina* vel ܳܝܬܳܐ *feminina* aucta. Ita v. c. ܥܶܣܪܺܝܢܳܝܳܐ est *vicesimus* et ܥܶܣܪܺܝܢܳܝܬܳܐ *vicesima*, ܬܠܳܬܺܝܢܳܝܳܐ *tricesimus* et ܬܠܳܬܺܝܢܳܝܬܳܐ *tricesima*, ܐܰܪܒܥܺܝܢܳܝܳܐ *quadragesimus* et ܐܰܪܒܥܺܝܢܳܝܬܳܐ *quadragesima*, ܚܰܡܫܺܝܢܳܝܳܐ *quinquagesimus* et ܚܰܡܫܺܝܢܳܝܬܳܐ *quinquagesima*. Et haec quidem, ut reliqua hujus generis *Numeralia* omnia ob eandem caussam eadam ratione cum suis Substantivis construuntur, qua *Ordinalia simplicia* prioris classis.

b. Sed ipsa *Cardinalia* hac terminatione non aucta

pro hisce *Ordinalibus* plerumque substitui solita subinde etiam repetita re *numerata* inveniuntur: ut v. c. 1 Reg. 15, 9. שְׁנַת עֶסְרִין, ܫܢ̄ܬ ܥܣܪ̈ܝܢ, uti etiam cum Hebr. שְׁנַת עֶשְׂרִים tum Arab. سَنَةُ عِشْرُونَ *annus vicesimus;* Lev. 25, 10. שְׁנַת חַמְשִׁין שְׁנִין, ܫܢ̄ܬ ܚܡܫܝܢ ܫܢ̈ܝܢ, ut Hebr. שְׁנַת הַחֲמִשִּׁים שָׁנָה et Arab. سَنَةُ ٱلْخَمْسُونَ *annus annus quinquagesimus.* Vid. porro *num.* II, 1 et 2.

c. Ab hujus porro classis *Ordinalibus* pulso exitu ܝ݂ et apposita terminatione *feminina* ܘܬ eaque *emphatica* ܘܬܐ orta sunt nonnulla Substantiva *abstractae* significationis: ut v. c. ܩܕܡܝܘܬܐ *antiquitas, primitas;* ܬܪܝܢܘܬܐ *numerus binarius, secunditas;* ܬܠܝܬܝܘܬܐ *numerus ternarius, trinitas;* ܪܒܝܥܝܘܬܐ *numerus qauternarius, quaternitas.*

d. Pari denique modo a posterioris hujus quam a prioris classis *Ordinalibus simplicibus* similis significationis Substantiva ducta inveniuntur: ut ܥܣܪܝܢܝܘܬܐ *numerus vicenarius*, ܬܠܬܝܢܝܘܬܐ *numerus tricecenarius*, ܐܪܒܥܝܢܝܘܬܐ *numerus quaternarius.* Et sic porro.

II.

NOMINA NUMERALIA, QUAE VOCANTUR ORDINALIA COMPOSITA PRIORIS GENERIS, SIVE ORDINALIA FORMAE CHARACTERISTICAE.

Quemadmodum prioris hujus generis *Ordinalia simplicia*, ita quoque ejusdem generis *Ordinalia composita* duarum classium sunt, quarum una est ab 11 – 19, una a 21 – 29, una a 31 – 39 et sic porro usque ad 99. Scilicet non magis *Ordinalia composita* quam *Cardinalia composita* tertiae classis peculiari quadam forma distinguntur. Ita v. c. Gen. 7, 6. שִׁית מְאָה שְׁנִין, ܫܬ ܡܐܐ ܫܢ̈ܝܢ, ut Hebr. שֵׁשׁ מֵאוֹת שָׁנָה et Arab. سِتّ مِائَة سَنَة sunt *sexcenti anni*, et vers. 11. שְׁנַת שִׁית מְאָה שְׁנִין, ܫܢܬ ܫܬ ܡܐܐ ܫܢ̈ܝܢ, ut Hebr. שְׁנַת שֵׁשׁ מֵאוֹת שָׁנָה et Arab. سَنَة سِتّ مِائَة *annus sexcentesimus*. Et alibi saepius ita vocabulum *annus*, more etiam Hebraeorum, sed in plurali *absoluto* iteratum est. Vid. *num.* I, 2.

1.

Nomina numeralia, quae vocantur ordinalia composita prioris classis, sive ordinalia composita inde ab 11 — 19.

a. Quemadmodum apud Arabes hujus classis *Ordi-*

nalia formantur conjungenda forma Nominum a 1 – 9. *ordinali* eaque *masculina* cum عَشَرَ, *fem.* cum عَشْرَةَ *denario cardinali* primae classis; apud Aramaeos contra formantur *Cardinalibus simplicibus* primae classis, sive inde a 1 – 9. cum *denario ordinali* עֲסִירַי, ܥܣܝܪܝ *masculino* eoque *emphatico* עֲסִירָאָה, ܥܣܝܪܝܐ, vel עֲסִירִית, ܥܣܝܪܝܐ *feminino* eoque *emphatico* עֲסִירִיתָא, ܥܣܝܪܝܬܐ copulandis pari, non dispari genere, quo cum *denario cardinali* primae classis copulari solent. Ita v. c. est Num. 25, 8. in *Jon.* חַדְסְרָאֵי, ܚܕܥܣܝܪܝܐ *undecimum signum*, uti pariter Apoc. 21, 20. forma *feminina emphatica* ܚܕܥܣܝܪܝܬܐ *undecimum fundamentum;* Gen. 2, 21. in *Jon.* תְּלִיסְרִית *decima tertia* nempe עִלְעָה *costa.* Conf. porro 1 Chron. 24, 11, 12, 13, 14, 15 et 16. Ubi Nomina hujus classis omnia: Arab. *feminina* et Chald. *masculina*, sed Syr. *masculina* hic loci, ut etiam saepe alias, solis *Cardinalibus compositis* primae classis cum praemissa Particula ܕ expressa sunt. Conf. *num.* I. 1. et *num.* III, 2. uti etiam 1 Chron. 25. 18, 19, 20, 21, 22, 23, 24, 25, 26 et 27. Sed Arab. omissa sunt.

b. Haud raro tamen apud Aramaeos et Arabes, uti semper apud Hebraeos, pro his *Ordinalibus compositis* occurrunt ipsa *Cardinalia composita* primae classis re etiam *numerata* subinde modo omissa modo iterata: ut Gen. 7, 11. יוֹמָא שְׁבַעַת עַשְׂרָא, ܒܫܒܥܣܪ ܝܘܡܐ Hebr. שִׁבְעַת עָשָׂר יוֹם et Arab. أَلْيَوْمُ ٱلسَّابِعَ عَشَرَ est *dies septimus decimus;* Gen. 14, 5. אַרְבַּע עַשְׂרֵי שְׁנִין, ܒܫܢܬ ܐܪܒܥܣܪܐ ܫܢܝܢ et Hebr. אַרְבַּע עֶשְׂרֵה שָׁנָה est, ut Arab. أَلسَّنَةُ ٱلرَّابِعَةَ عَشَرَ *annus quartus decimus.* Vid. *num.* 1.

2.

Nomina numeralia, quae vocantur ordinalia composita posterioris classis sive inde a 21 — 29 a 31 — 39. Et sic porro.

a. Sunt *Ordinalia simplicia* prioris classis apud Syros *Ordinalibus simplicibus* posterioris classis sive pluralis numeri apposita, non intercedente ܘ *copulativa*, ut contra apud Arabes *Cardinalia simplicia* pluralis numeri cum و formae Nominum *ordinali* 1 — 10. apponi solent. Ita v. c. est ܥܣܪܝܢܝܐ ܬܠܝܬܝܐ *vicesimus tertius* et ܥܣܪܝܢܝܬܐ ܬܠܝܬܝܬܐ *vicesima*

tertia, ܬܠܬܝܢܝܐ ܘܪܒܝܥܝܐ *tricesimus quartus* et ܬܠܬܝܢܝܬܐ ܘܪܒܝܥܝܬܐ *tricesima quarta.* Et sic porro.

b. Sed, quemadmodum prioris ita etiam posterioris hujus classis *Ordinalia* more Hebraeorum Arabum et maxime more Chaldaeorum exprimuntur per *Cardinalia composita* secundae classis. Ita v. c. Jud. 10, 2. ܥܣܪܝܢ ܘܬܠܬ ܫܢܝܢ, ut Hebr. עֶסְרִין וּתְלָת שְׁנִין, עֶשְׂרִים וְשָׁלֹשׁ שָׁנָה et Arab. ثَلٰثَةٌ وَعِشْرُونَ سَنَةً sunt *viginti tres anni;* sed 2 Reg. 13, 1. ܫܢܬ ܥܣܪܝܢ ܘܬܠܬ ܫܢܝܢ, ut Hebr. שְׁנַת עֶסְרִין וּתְלָת שְׁנִין, שְׁנַת עֶשְׂרִים וְשָׁלֹשׁ שָׁנָה et Arab. سَنَةَ ثَلٰثَةٍ وَعِشْرُونَ *annus vigesimus tertius.* Conf. porro *num.* 1 et *num.* III, 2.

III.

ALIA NOMINUM NUMERALIUM MAXIME CARDINALIUM FORMA, CONSTRUCTIO AC VIS.

1. *Cardinalia* iterata exprimunt *distributiva:* ut Gen. 7, 2. ܫܒܥܐ ܫܒܥܐ, שִׁבְעָא שִׁבְעָא, uti etiam

Hebr. שִׁבְעָה שִׁבְעָה et Arab. سَبْعَةً سَبْعَةً *septima paria;* vers, 9. תְּרֵין תְּרֵין, ܬܪ̈ܝܢ ܬܪ̈ܝܢ, uti etiam Hebr. שְׁנַיִם שְׁנַיִם et Arab. أَزْوَاجٌ أَزْوَاجٌ (prop. *socii socii) paria.*

2. *Cardinalia* praesertim cum praeposita Particula ܕ loco *Ordinalium* aliquando usurpantur uti etiam sine hac Particula eorum forma *feminina emphatica:* ut v. c. Gen. 1, 13. ܕܬܠܬܐ est, ut hoc loco et Chald. תְּלִיתָאי et Hebr. שְׁלִישִׁי et Arab. ثَالِثٌ *tertius dies;* 1 Chron. 24, 16. et C. 25, 27. ܕܥܣܪܝܢ *vicesima* nempe ܦܣܬܐ *sors;* Exod. 12, 3. ܒܥܣܪܐ, Chald. עַסְרָא et Hebr. עָשָׂר est, ut Arab. اَلْعَاشِرُ *decimus dies.* — Idem fit in compositione, quemadmodum patet ex 1 Chron. 24, 11 — 16 et C. 25, 18 — 27 ubi, ut ad *num.* II, 1. vidimus, omnia *Ordinalia composita* prioris classis *Cardinalibus* primae classis *compositis* expressa sunt. Et ita etiam Cap. 24, 17, 18 et Cap. 25, 28, 29, 30, 31. *Ordinalia composita* hujus posterioris classis inde a 21 – 24, *Cardinalibus compositis* secundae classis expressa inveniuntur, ita tamen ut apud Syrum minor numerus majorem nume-

rum praecedat. Ita v. c. עֶשְׂרִין וְחַד, sed Hebr. אֶחָד, וְעֶשְׂרִים, ut Syr. ܥܣܪܝܢ ܘܚܕ et Arab. اَلْحَادِيَةُ وَٱلْعِشْرُونَ *vicesimus primus* aut *vicesima prima*: prouti ad עַרְבָא, גּוֹרָל, ܦܘܪܣ vel اَلْقُرْعَةُ *sors* refertur; et ita reliqua tria, quae tamen in posteriori loco Arab. non magis quam prioris classis *Ordinalia composita* expressa sunt.

3. *Cardinalia* cum כ et חַד, ܚܕ vel etiam sine hac voce cum sola Praepositione כ constructa exprimunt Adverbia *multiplicativa*, sive ut ab aliis appellantur *proportionalia:* ut v. c. Dan. 3, 19. חַד שִׁבְעָה, ܚܕ ܫܒܥܐ, ut Arab. سَبْعَةُ أَضْعَافٍ (pp. *septem similibus*) *septuplo;* Luc. 19, 8. ܚܕ ܒܐܪܒܥܐ *quadruplo.*

4. *Cardinalia* plerumque cum זְמַן, ܙܒܢ *tempus*, *vices* constructa, vel sola etiam *Cardinalia* maxime *feminini* generis exprimunt Adverbia *vicis:* ut v. c. Jos. 6, 3, 2. זִמְנָא חֲדָא, ܙܒܢܐ ܚܕܐ, ut Hebr. פַּעַם אַחַת et Arab. دَفْعَةً وَاحِدَةً *semel*, ibidem vers. 4, 3. שְׁבַע זִמְנִין, ܫܒܥ ܙܒܢܝܢ, ut Hebr. שֶׁבַע פְּעָמִים

et Arab. سبعة دفعات *septies;* — 2. Reg. 6, 10. ܙܒܢܐ, ut etiam Hebr. אַחַת, sed Chald. חֲדָא זִמְנָא et Arab. مرّة *semel* et ibidem ܬܪܬܝܢ, ut etiam Hebr. שְׁתַּיִם et Arab. اثنتين, sed Chald. iterum תַּרְתֵּין זִמְנִין *bis;* Gen. 4, 24. ܫܒܥܝܢ ܘܫܒܥܐ, שִׁבְעִין וְשִׁבְעָא, uti etiam Hebr. שִׁבְעִים וְשִׁבְעָה *septuagies et septies.*

5. *Cardinalia* cum Particula plerumque ܕ ante idem vocabulum ܙܒܢ posita vi *Ordinalium* pariter exprimunt Adverbia *vicis*, quorum Adverbiorum vis quoque exprimitur ipsis *Ordinalibus* aut mutata forma feminina *absoluta* in *constructam*, aut apposita terminatione ות, ܬܐ: ut v. c. Gen. 22, 15. ܕܬܪܬܝܢ ܙܒܢܝܢ, Hebr. שֵׁנִית, Chald. תִּנְיָנוּת et Arab. ثانية *secundo;* Matth. 26, 44. ܕܬܠܬ ܙܒܢܝܢ *tertio;* Act. 11, 26. ܩܕܡܝܬ *primum, primo, prius,* a ܩܕܡܝܐ *primus;* Jud. vers. 12. ܬܢܝܢܘܬ *iterum.*

6. Aliquando notionem *partis* sibi adjunctam habent certae quaedam Nominum formae a *Cardinalibus* vi *Ordinalium* inclinatae; idque tali etiam subinde vi,

ut Nomina, quae a grammaticis appellantur *temporalia* exprimant. Talia sunt v. c. תּוּלְתָא, ܬܘܼܠܬܳܐ, ut Arab. ثُلُثٌ sive ثُلْثٌ *tertia pars;* רְבָעָא sive רְבִעוּת, ܪܘܼܒܥܳܐ, ut Hebr. רֶבַע sive רֹבַע et Arab. رُبُعٌ sive رُبْعٌ *pars quarta;* עֶסְרוֹנָא, ܡܰܥܣܪܳܐ sive ܥܣܪܘܿܢܳܐ, ut Hebr. מַעֲשֵׂר sive עִשָּׂרוֹן et Arab. عُشْرٌ sive مِعْشَارٌ *pars decima:* ut Gen. 15, 9. ܬܘܼܠܬܳܐ, Hebr. מְשֻׁלָּשׁ et מְשֻׁלֶּשֶׁת, uti etiam Arab. مُثَلَّثٌ et مُثَلَّثَةٌ *triennis* sive *trimus* et *trima aries et vitula;* Exod. 29, 40. רְבִעוּת, ܪܘܼܒܥܳܐ, Hebr. רֶבַע sive רְבִיעִית et Arab. رُبْعٌ *quarta pars,* ibidem עֶסְרוֹנָא, ܥܣܪܘܿܢܳܐ et Arab. عُشْرٌ *decima pars farinae;* Gen. 14, 20. ܡܰܥܣܪܳܢ *decimae*, Hebr. מַעֲשֵׂר et Arab. denuo عُشْرٌ *decima,* sed Chaldaeus circumscripsit חַד מִן עַסְרָא, ut Syr. Lev. 14, 21. ܚܕ ܡܢ ܥܣܪܐ *una* sive *unum ex decimis.*

7. Denique *Cardinalia* etiam cum Adfixis copulantur: ut Gen. 2, 25. הַרְוֵיהוֹן, ܬܪܰܝܗܘܿܢ, ut Hebr.

etiam שְׁנֵיהֶם *duo* sive *ambo illi*; Cap. 31, 37. תַּרְוֵויְנָא, ܬܪ̈ܘܝܢ, uti etiam Hebr. שְׁנֵינוּ *nos ambo*.

Quaest. 1.

Quibus porro maxime rerum capitibus ratione habita Nominum numeralium dialectus Chaldaica se discernit a Syriaca, et utraque illa ab Hebraica et Arabica; tum etiam undenam id discriminis repetendum?

Quaest. 2.

E qua in primis dialecto proficere possumus ad Nominum numeralium rationem plenius intelligendam?

§ 75.

NOMINA PROPRIA ET ALIA QUAEDAM NOMINA PECULIARI VI IN SERMONE ARAMAEO NONNUNQUAM USURPATA.

I.

Nomina propria.

1. Nomina etiam *propria* cujuscunque tandem generis, in Aramaea pariter atque in ceteris dialectis, multa, quibus ab aliis se linguis discriminant, habent communia: originem v. c. propositum, formam, usum, constructionem; sed, quemadmodum haud unam ob caussam facile intelligitur, multo plura in ea et in

Arabica, quam in Hebraica dialecto *composita* inveniuntur ac *peregrina;* paucis iidem summatim in dialectis illis habentur horum Nominum *characteres*, quibus cernuntur, eaedem difficultates, quibus premuntur, et eadem etiam bona, quibus se commendant. Nos certe non dubitamus, quin haec positio sit admittenda, quippe quae de nostra sententia idoneis satis argumentis haud difficulter probanda: tametsi ex iis, quae antea monuimus de monumentorum Chaldaicorum et Syriacorum apparatu sponte sequitur, nobis varias ob caussas non esse datum, omnem Nominum *propriorum* in sermone Aramaeo rationem reddere.

2. Nomina *propria* populorum, ut reliqua Nomina vel suo usu *collectiva* et, ut alia etiam varii generis Nomina *abstracta* pro *concretis* posita (§ 67. II, 6.) nunc ut *singularia* ratione *formae*, nunc ut *pluralia masculina* ratione habita *sensus* construuntur, atque adeo prouti nunc ad vocabulum עַמָּא, ܥܰܡܳܐ *populus*, cujus *epitheta* sunt, nunc ad hujus vocabuli vim *collectivam* respicitur. Conf. v. c. Num. 20, 20. נְפַק אֱרוּמָאָה, ܢܦܰܩ ܐܶܕܘܿܡ, ut etiam Hebr. יָצָא אֱדוֹם et Arab. خَرَجَ أَدُومُ *exiit Edom;* 1 Sam. 6, 13. *Bethschemesch* חָצְדִין, ܚܳܨܘܿܕܶܐ, ut Hebr. קֹצְרִים *metentes* et partim etiam Arab. كَانَ أَهْلُ قَرْيَةٍ

بَيْتِ شَمْسَ يَحْصُدُونَ *et cives vrbis Bethschemes metebant* (§ 67, II); sed 1 Sam. 17, 21. pro Hebr. וַתַּעֲרֹךְ *et instruxit* Chald. וְסַדַּרוּ, Syr. ܘܐܣܛܕܪܘ et *instruxerunt Jsraël* et Arab. — وَتَصَافَفَ بَنُوا et *instruxerunt filii Israëlis* substituerunt.

Obs. 1.

De peculiari charactere, quo Nomina propria sese in sermone Aramaeo distinguunt, uti etiam de Hebraica horum Nominum constructione partim minus frequenter, partim plane non apud Aramaeos et Arabes obvia.

Obs. 2.

De praecipuis errorum haud raro in Nominibus propriis e linguis Orientalibus in recentiores linguas transferendis commissorum caussis.

II.

Alia quaedam Nomina peculiari vi in sermone Aramaeo aliquando usurpata.

1. Nomina, quae praeter Nomina *propria* hoc loco nostram quoque attentionem merentur, sunt ea, quibus non minus in hac, quam in Hebraica et Arabica dialecto exprimuntur et *Adjectiva partitiva* et *Pro-*

nomina adjectiva in aliarum linguarum grammaticis appellata, uti etiam *Substantiva* pro hisce *Adjectivis* et *Pronominibus* substituta. Ita v. c. exprimuntur:

1. *Nullus*, *nemo* plerumque vocabulo aut אֱנָשׁ et ܐ̱ܢܳܫ *homo*, subinde ܓܰܒܪܳܐ *vir*, aut חַד *unus* cum לֵית et ܠܰܝܬ *non est*, vel לָא et ܠܳܐ *non* copulato, ita tamen, ut omissis etiam hisce vocabulis sola vox *negativa* scribatur sequente aliquando ד, ܕ: ut Num. 31, 49. לָא אֱנָשׁ, ܠܳܐ ܓܰܒܪܳܐ, Hebr. לֹא אִישׁ et Arab. لَمْ رَجُلٌ; Eccl. 8, 8. לֵית אֱנָשׁ, ܠܰܝܬ ܐ̱ܢܳܫ, Hebr. אֵין אָדָם et Arab. لَنْ إِنْسَانٌ; 2 Sam. 13, 30. לָא חַד, Hebr. etiam לֹא אֶחָד et Arab. لَمْ أَحَدٌ pp. *non unus*, sed Syr. ܠܳܐ ܐ̱ܢܳܫ; Exod. 8, 10. לֵית, ܠܰܝܬ, Hebr. אֵין et Arab. لَيْسَ; Ps. 53, 2. לֵית דְעָבֵד, ܠܰܝܬ ܕܥܳܒܶܕ, Hebr. אֵין עֹשֵׂה et Arab. لَيْسَ مَنْ يَعْمَلُ *nemo est, qui faciat*.

2. *Nihil*, *nihil quicquam* vocabulo מִידֵי maxime ܡܶܕܶܡ et מִדְּעַם *quicquam*, *aliquid* cum לָא et ܠܳܐ *non* constructo: ut Job. 6. 6. לָא מִידֵי; Exod. 5, 11.

לָא מִדַּעַם, ܠܳܐ ܡܶܕܶܡ; Deut. 13, 17. לָא מִדַּעַם, ܠܳܐ ܡܶܕܶܡ Hebr. לֹא מְאוּמָה et Arab. لَا شَيْءَ. De alia peculiari vocis cum *hominis* tum *viri* vi vid. § 81.

3. Adjectiva *aliquot*, *nonnulli* exprimuntur similis satis signifiationis voce זְעִירִין, ܒܨܺܝܪܶܐ *pauci:* quae tamen non semper scripta invenitur, utpote sola ipsius sermonis indole vel ante vel post Substantiva pluralis numeri facile supplenda: ut Gen. 27, 44. 29, 20. יוֹמִין זְעִירִין, ܝܰܘ̈ܡܳܬܳܐ ܒܨܺܝܪ̈ܳܬܳܐ *dies aliquot* sive *nonnulli*, proprie *pauci;* Dan. 8, 27. ܝܰܘ̈ܡܳܬܳܐ *dies* et C. 11, 6. ܫܢܰ̈ܝܳܐ *anni aliquot;* Exod. 17, 5. מִסָּבֵי יִשְׂרָאֵל, ܡܶܢ ܩܰܫܺܝ̈ܫܶܐ ܕܺܐܝܣܪܳܝܶܠ *nonnulli e senioribus Israëlis.* Pari sic etiam modo in hisce locis, ut alias et Hebraeorum אֲחָדִים pp. *uni* et Arabum يَسِيرَةٌ *paucus* vel scriptum vel omissum est. In postremo vero loco Arab. *nonullos* suo قَوْمٌ pp. *populus* expressit.

Quomodo autem alia hujus generis Adjectiva exprimantur, videbimus § 79.

CAPUT III.

PARTICULAE.

Atque ita accedimus ad tertiam sive postremam sermonis partem principalem describendam, quam in Aramaea quemadmodum in Hebraica et in Arabica etiam lingua efficiunt quaedam voces *Particulae* appellari solitae. Et propter ea, quae dedimus responsa ad quaestionem in Grammatica Hebraica de appellationis *particularum* ambitu propositam, hic item eadem hac appellatione comprehendimus easdem reliquas orationis partes: *Pronomina* nempe *Adverbia*, *Conjunctiones*, *Praepositiones*, *Interjectiones* et *literas quasdam*, vulgo *Particulas inseparabiles* dictas.

§ 76.

PRONOMINA.

Pronomina in Aramaeo, quemadmodum in Hebraico et Arabico sermone sunt vel *personalia*, vel *demonstrativa*, vel *relativa*, vel denique *interrogativa*, quae nunc quidem omnia a grammaticis ad *primitiva* referuntur. Pronomina vero, quae aliis in linguis habentur *reciproca*, *reflexiva possessiva* aliaque peculiari quadam forma distincta, in harum dialectorum nulla teruntur, sed alio in his, ut deinceps § 81, II. videbimus, modo exprimuntur.

Pronomina *personalia*, pro duplici, quo usurpantur, modo dividuntur a grammaticis in *separata* sive *simplicia*, et in *inseparabilia* seu *composita*. Illa, sive Pronomina *separata* primo loco describenda, exceptis duobus, omnia *casum* plerumque *rectum* sive *Subjectum*, subinde tamen *casum* exprimunt *obliquum*, sive *Objectum*, quemadmodum infra suo loco videbimus. Praeterea alium etiam habent usum, ut sequens continuo docebit paragraphus.

§ 77.

PRONOMINA PERSONALIA SEPARATA.

1. Pronomina *separata* sive *simplicia* sunt unius duarumve syllabarum voces, ita appellatae, quia singulae singulatim sive simpliciter, atque adeo, non ut Pronomina *inseparabilia* semper, *compositione* proprie sic dicta cum alia orationis Parte conjunctae scribuntur. Sunt porro, ut apud Hebraeos, partim *communis*, partim *masculini* partim *feminini generis* et utriusque pariter *numeri*, uti etiam, ut modo diximus, *casus* fere *recti* sive *Nominativi;* non vero, ut apud Arabes, *dualis* insuper *numeri*. Denique forma horum Pronominum minus Hebraica est quam Arabica: paucis solitam horum Pronominum *formam*, *vim* et proprium *casum* haec exhibet tabella:

3. *pers. sing. masc.* הוּא , אִיהוּ et הוּ , ܗܽܘ et ܗܘ݂ *ipse*, *is*, *ille.*

fem. הִיא , אִיהִי et אִיהָא , ܗܺܝ et ܗ݂ܝ

plur. masc. אִנּוּן, הִנּוּן, הִמּוֹן et הִמּוֹ, ܐܶܢܽܘܢ, ܗܶܢܽܘܢ et ܗ݂ܢܽܘܢ

fem. אִנֵּין, הִנֵּין, ܐܶܢܶܝܢ ܗܶܢܶܝܢ et ܗ݂ܢܶܝܢ

ܐܶܢܽܘܢ et ܐܶܢܶܝܢ post Verba *transitiva* Accusativum exprimunt.

2. *pers. sing. comm.* אַנְתְּ et אַתְּ

masc. אַנְתָּה, ܐܰܢ̄ܬ

fem. ܐܰܢ̄ܬܝ

plur. masc. אַנְתּוּן et אַתּוּן, ܐܰܢ̄ܬܽܘܢ

fem. אַנְתֵּין et אַתֵּין, ܐܰܢ̄ܬܶܝܢ

1. *pers. sing. comm.* אֲנָא, ܐܶܢܳܐ

plur. אֲנַחְנָא et נַחְנָא, ܚܢܰܢ.

2. Inter scriptionis varietates, quas pleraque hujus generis Pronomina aliquando subire solent, maxime notabiles sunt illae, quae e peculiari quadam eorum et vi et constructione cum solis, apud Chaldaeos potissimum Participiis, sed cum multis etiam aliis apud Syros

vocibus, existunt. Scilicet, Pronomina haecce, quamvis saepe separatim eo, quem et diximus et apposita tabella indicavimus, modo scribuntur, nihilominus tamen saepe etiam, excepto הוּא et הִיא, ut et in utroque sermone ejusdem hujus personae Pronomine plurali utriusque generis, ita, maxime apud Syros, cum alia voce coalescere solent, ut eatenus quidem Pronomina *separata* esse desinant, nec tamen veri nominis fiant Adformantes, multo minus Adfixa, propterea quod non Casum *obliquum* exprimunt, sed *rectum* sive *Nominativum*. Quod jam ad ipsam rationem, qua haec mutata Pronominum forma constituitur, attinet: ea summatim huc redit: apud Syros in aliis litera initialis inter pronuntiandum supprimitur, subscripta plerumque lineola *occultante*, sed non sub ܐ *otiante;* in aliis vero una cum sequente litera pellitur, apud Chaldaeos vero horum Pronominum forma non priori sed posteriori tantum ratione sive per *apharesin* mutatur, in Pronomine vero נַחְנָא simul per *apocopen*, ut praeter posteriorem *Nun* nulla in eo alia maneat litera. Conf. § 17, IV, 1, V, 1, 3, c. 5. et § 43.

Et hujusmodi quidem formae mutationes subire saepenumero solent Pronomina:

a. Quoties *Subjectum* constituunt, cujus ratio postulat, ut deficiens Verbum *substantivum* הֲוָא, ܗܘܳܐ *fuit* suppleatur. Ita v. c. Gen. 3, 10. עַרְטִלָאי אֲנָא,

ܥܰܪܛܶܠܳܝܳܐ ܐ̱ܢܳܐ, uti etiam Hebr. עֵירֹם אָנֹכִי et Arab. أَنَا عُرْيَانٌ *nudus sum* pp. *ego.* Conf. § 17, V, 1, 3, c. 5.

b. Quoties, seposita propria significatione, unam efficiunt *Copulam,* qua *Subjectum* cum *Praedicato* conjungitur: uno verbo, quoties Verbi *substantivi* locum tenent: ut Gen. 41, 26. *Septem spicae bonae* אִינִּין, ܐ̱ܢܶܝܢ, uti etiam Hebr. הֵנָּה et Arab. هُنَّ *sunt* prop. *ipsae;* 2. Sam. 7, 28. אַתְּ הוּא יְיָ, ܐܰܢ̱ܬ ܗ̱ܘ ܡܳܪܝܳܐ, uti etiam Hebr. אַתָּה הוּא הָאֱלֹהִים *tu es Deus;* Gen. 23, 19. ܗ̇ܝ ܗ̱ܝ ܚܶܒܪܽܘܢ *id est Hebron,* Chald. vero הִיא חֶבְרוֹן *haec Hebron,* et ita etiam Hebr. et Arab. intellecto Verbo *substantivo.*

c. In primis vero, quoties *Praesens* cujusvis alius etiam Verbi in Indicativo tam *activo* quam *passivo* exprimunt, quoniam Pronomina, hac vi usurpata, plerumque cum ipsis Participiis unam in vocem coalescere solent. Conf. denuo laud. loc. et § 43.

d. Pronomina porro ܗ̱ܘ et ܗ̱ܝ non tantum triplici hac vi usurpantur, verum etiam sive *pleonastice* sivo *emphatice* ponuntur et pari modo cum praecedente et Participio et alia voce uniuntur: ut Gen. 3, 12. *mulier illa, quam collocasti apud me* הִיא, ܗ̱ܝ, uti etiam Hebr.

הִיא et Arab. هِيَ *ipsa debit mihi;* Marc. 2, 16. ܡܳܢܰܘ *quid est?*

e. Pronomina denique ܗܶܢܽܘܢ et ܗܶܢܶܝܢ sive ܗܳܢܽܘܢ et ܗܳܢܶܝܢ Participiis apposita, *Praesens* quidem Indicativi cum *activi* tum *passivi* formant ut reliqua omnia (§ 43), alioquin vero propria semper significatione nempe vi *Nominativi* sive *Subjecti* teruntur, et propterea Verbi *substantivi* locum non implent, quemadmodum contra Pronomina ܐܶܢܽܘܢ et ܐܶܢܶܝܢ plerumque *Accusativum* sive *Objectum* exprimunt, et propterea ex ordine post Verba *transitiva* poni solita, quaeque tamen etiam haud raro acsi formae plurales Pronominum ܗܽܘ et ܗܝ essent, pro Verbo *substantivo* substituuntur atque ita Nominativo apponuntur: ut v. c. Gen. 25, 15. *Isti* ܐܶܢܽܘܢ *sunt filii Ismaëlis;* Cap. 26, 20. *Nostrae* ܐܶܢܽܘܢ *sunt aquae.* Ubi Chald. Hebr. et Arab. Verbum *substantivum* intelligitur.

3. Praeter variam hanc, quam indicavimus, vim habent Pronomina aliam, eamque *emphaticam*, quando Nominativum *absolutum* aut Casum *obliquum* constituunt, quemadmodum idem in sermone cum Hebraico tum Arabico locum habere solet. Conf. § 70.

I. et § 80, 2. ubi agitur de vi Pronominis *relativi*, quam etiam aliquando accipiunt.

4. Quemadmodum porro more Hebraeorum et et Arabum usurpantur, sic per *ellipsin* etiam desiderantur, et ut genus eorum aliquando *masculinum* loco *feminini*, ita vicissim pariter hoc loco illius usurpatum invenitur. Conf. v. c. Gen. 6, 19. Cap. 9, 22. et § 71, III.

5. Denique hisce Pronominibus suam originem debent non tamtum Adformantes, de quibus § 38. et Praeformantes, de quibus § 39. egimus, verum etiam Adfixa, de quibus sequenti paragrapho agendum.

Quaest. 1.

Quid maxime discriminis inter dialectum Aramaeam, Hebraicam et Arabicam observatur ratione habita usus horum Pronominum?

Quaest. 2.

Quid lucis haecce Pronomina utrique illi dialecto afferunt?

§ 78.

PRONOMINA PERSONALIA INSEPARABILIA.

1. Pronomina personalia *inseparabilia*, sive *composita* sunt, prorsus ut in Hebraico et Arabico sermone Pronominum personalium *separatorum*, sive *simplicium* praecedenti paragrapho descriptorum, vel nudae lite-

rae, vel duaram triumve literarum syllabae ita *aphaeresi*, *apocope*, *antithesi* alioque etiam modo formatae et semper aliis orationis partibus ita annexae, ut Casum plerumque *obliquum* sive *Objectum* indicent (§ 76.) Et ita quidem, non, ut Adformantes solis Verbis (§ 38.) verum ceteris etiam omnibus orationis partibus cujuscunque tandem formae et utriusque item cum generis tum numeri annectuntur, nec minus ipsis pariter Adformantibus. A grammaticis appellantur *Adfixa seu Suffixa* eaque partim *asyllaba*, partim *syllabica*, quia alia nempe, quatenus unius tantum literae sunt, semper proxime praecedente litera, cui apponuntur, ad syllabam constituendam indigent, alia vero, quatenus sine hujusmodi litera per se syllabam efficiunt, quemadmodum Adformantes quoque ob eandem caussam a grammaticis partim *asyllabae* partim *syllabicae* vocatae sunt (§ 38). — Omnia porro *Adfixa* vario modo, quemadmodum in Parte IV videbimus, orationis partibus apponuntur. Apud Syros una litera *Jud*, sive sola per se sive cum litera *He*, *Caph* vel *Nun* conjuncta Adfixum efficit, et e maxime recepta grammaticorum doctrina omnibus orationis partibus apponitur pari ratione, qua Adformantes *Vau* et *Jud* Verbis apponuntur, id est sine ulla vocali, ita ut non pronuntietur, sed *otietur*. — Omnia denique tam *asyllaba*, quam *syllabica* utrumque genus cum *masculinum* tum *femininum* utrumque item numerum cum *singularem* tum *pluralem* diverso modo exprimunt, non vero, ut apud Arabes, etiam *dualem*, quemadmodum facile perci-

pitur et ex iis, quae § 68, III. de raro hujus terminationis *dualis* usu in sermone Aramaeo diximus et ex horum Pronominum a Pronominibus personalibus *separatis* praecedente paragrapho descriptis origine.

Plura de hisce Pronominibus in Parte IV. in qua acturi sumus de modo et vi, qua apponuntur, uti etiam de variis literarum punctorumque mutationibus, quas diversis orationis partibus afferre solent.

Interim, quamvis neutrius hujus generis Pronomina, utpote semper *inseparabilia* nusquam *separatim* occurrant, et nonnulla non forma, sed uno, quo aliis orationis partibus apponuntur, modo sese discernant, tamen haud sine rationibus in tabella separatim, cum nulla alia orationis parte copulata proponi possunt ita, ut eorum forma sit haecce:

3. *pers. sing. masc.* הִי, ֵהּ, ܗ, ܗܝ

fem. הָ, הָא, ָהּ, ܗ̇

plur. masc. נוּן, הוֹן, הוֹם, ܗܘܢ

fem. נִין, ָן, ֵין, הֵין, ܗܝܢ

נוּן et ֵין cum solis Verbis conjungitur. Neutrum apud Syros in usu est, sed loco illius Pronomen ܐܢܘܢ et loco hujus Pronomen ܐܢܝܢ Verbis vulgo apponitur. הוֹן et הֵין, uti etiam ܗܘܢ et ܗܝܢ cum solis Nominibus copulantur.

2. *pers. sing. masc.* ךָ, ܟ

fem. ךְ, ܟܝ

plur. masc. כוּן, כוֹ, כום et כו, ܟܘܢ

fem. כֵן, ܟܹܝܢ

1. *pers. sing. comm.* נִי, ִי, ܢܝ, ܝ

plur. נָא, ן, ܢ

Et sic quidem in Aramaea non minus, quam in Hebracica et Arabica grammatica Pronominum *inseparabilium* forma, licet nusquam in ipso sermone obvia in tabella proponenda est, quo plenius intelligatur eorum cum ipsis orationis partibus conjunctorum ratio, infra in Parte IV. pluribus discribenda et exemplis illustranda. Nec minus propter eandem hanc pariter caussam paucis hoc loco agendum de varia vi, qua variis illis orationis partibus apponuntur; quatenus nimirum de ea adhuc alias in hac nostra justitutione nondum egimus.

2. Itaque, ut Pronomina personalia *separata*, exceptis duobus, omnia praeter alium, quem habent, usum, proprie plerumque *Nominativum*, ut § 76. et modo vidimus, ita Pronomina *inseparabilia*, qualicunque tandem ratione apposita, exprimere solent Casum vulgo *obliquum*, eumque nunc hunc nunc alium pro diversis orationis partibus, quibus apponuntur. Et universe quidem Verbis *Accusativi*, Nominibus et Particulis denique *separatis* vi *Genitivi* apponuntur.

Haecce porro Pronomina, sive Adfixa et *genere* et *numero* cum ipso Nomine sive Subjecto, ad quod referuntur, minime vero cum illa orationis parte, cum qua unita sunt convenire solent. Scilicet res, ut ea, quae ita universe diximus paullo distinctius proponamus, sic se habet.

a. Verbis modo cum hac, modo cum alia, modo sine ulla Particula et proin nunc hujus, num alius Casus *obliqui* vi, pro varia ipsorum Verborum indole apponuntur. Conf. § 70. I, 1, 3, 4, *d. e.* 5, 6. ubi exempla habentur.

b. Nominibus per *regimen* atque adeo vi *Genitivi* vario modo exponendi pro varia Nominum *regentium* ratione apponuntur, quemadmodum etiam exemplis jam (§ 70, I, 2, *d. e*) probavimus. Nomini porro *recto*, non *regenti*, plerumque apponi dictum est § 71, II, 2. Monendum denique hoc loco est, Adfixa in primis quoque more Hebraeorum et Arabum exprimere solere Pronomina *possessiva* stricte sic dicta. Ita v. c. בֵּיתָךְ, ܒܰܝܬܳܟ݂ est *domus tua* pp. *tui* m.; בֵּיתֵךְ, ܒܰܝܬܶܟ݂ܝ *domus tua* pp. *tui* f.; בֵּיתְכוֹן, ܒܰܝܬܟ݂ܽܘܢ *domus vestra* pp. *vestrum* m.; בֵּיתְכֵן, ܒܰܝܬܟ݂ܶܝܢ *domus vestra* pp. *vestrum* f.; בָּתַּיךְ, ܒܳܬܰܝܟ݂ sunt *domus tuae* pp. *tui* m.; בָּתַּיךְ sive בָּתַּיְכִי, ܒܳܬܰܝܟ݂ܝ

domus tuae pp. *tui* f.; בָּתֵּיכוֹן, ܒ̈ܳܬܰܝܟ݂ܽܘܢ *domus vestrae* pp. *vestrum* m.; בָּתֵּיכֵן, ܒ̈ܳܬܰܝܟ݂ܶܝܢ *domus vestrae* pp. *vestrum* f. — Nihilominus tamen Aramaei hanc Adfixorum vim suo quoque modo exprimunt ope Particulae דִּיל, ܕܺܝܠ, cui illa apponunt. Vid. § 96, 2.

c. Particulis denique *inseparabilibus* apposita ejus semper Casus sunt, cujus ipsa iis praefixa Particula est nota. Conf. § 96, 1, 2.

d. Adfixa subinde varias ob caussas a Nominibus suis modo *genere*, modo *numero*, modo *genere* ac *numero* simul discrepant. Vid. § 71, III. Quemadmodum porro haud raro Pronomina *separata* et abundant et subinde deficiunt, ita hoc quoque Adfixis proprium est.

Quaest.

Undenam aliae illae, quas nonnulla Pronominum subinde habent, formae exstitisse videntur?

§ 79.

PRONOMINA DEMONSTRATIVA, STRICTE SIC DICTA.

Pronomina, quae habentur *demonstrativa*, stricte sic dicta, sunt, ut apud Hebraeos, partim *singularis* numeri, et *masculini*, *feminini*, et etiam apud Chaldaeos *communis* generis, partim *pluralis* numeri (§ 68. III.) eaque apud Chaldaeos tantum more Hebraeorum et Arabum *communis*, sed apud Syros

insuper ***masculini*** quoque ac *feminini* generis. Haec ***numeri*** tamen et ***generis*** diversitas, minime semper alia tantum unius ejusdemque vocis forma, verum etiam idque maxime in sermone Chaldaico, totis pariter aliis vocibus exprimitur. Ipsae autem voces, quibus descripta haec Pronomina *demonstrativa* exprimuntur, sunt:

Sing. masc. הֵדֵין, et הָדֵין, דֵין, דֵן, דֵיכֵי, דֵיכִי, דֵךְ

ܗܳܘ vulgo ܗܳܢܳܐ *emph. hic, ille.*

fem. ܗܳܕܶܐ, דָא, דָךְ

comm. דְנָא, דְנָה *emph.* דְנָן, דִכֵן

plur. masc. ܗܳܢܽܘܢ

fem. ܗܳܢܶܝܢ

comm. אֵלּוּ, אִלֵּךְ, אֵלֶּה, אִלֵּין

ܐܳܠܶܝܢ, ܗܳܠܶܝܢ

Quaest. 1.

Unde variae illae horum Pronominum formae explicandae sunt?

Quaest. 2.

Quomodo factum, ut pluralis numerus et genus femininum ratione habita quorundam inter haecce Pronomina non alia vocis forma, sed nova prorsus voce exprimatur?

55*

Animadvertendum autem de hisce Pronominibus est; hic illic, more Hebraeorum et Arabum, quaedam *forma*, omnia *vi* tenus mutari, et alia etiam vocabula eorum vim exprimere.

1. Ratione habita *formae* insignem maxime mutationem subeunt haec duo Pronomina; alterum ܗܳܢܳܐ, alterum ܗܳܕܶܐ. Scilicet prius, sive Pronomen *masculinum* ܗܳܢܳܐ cum Pronomine *personali* ܗܽܘ vim Verbi *substantivi* habente hunc in modum coalescit, ut ܗܳܢܰܘ *hic est* scribatur pro ܗܽܘ ܗܳܢܳܐ (§ 17,V,3,c.) Praeterea posterior subinde ejus syllaba ܢܳܐ pulsa ܗ cum antecedente voce in statu *emphatico* posita more Adfixorum copulatur: ut ܝܰܘܡܳܢܳܐ *hic dies* pro ܗܳܢܳܐ ܝܰܘܡܳܐ. Et posterius sive Pronomen *femininum* ܗܳܕܶܐ cum sequente Pronomine personali ܗ̱ܝ pari vi, qua modo ܗܽܘ, usurpato copulatur, mutata vocali *Chebozo* in *Ezozo:* ut ܗ̱ܝ ܗܳܕܳܐ *haec est* pro ܗ̱ܝ ܗܳܕܶܐ. Vid. locum laud.

2. Ratione habita *significationis* sermonis serie item vario modo *mutantur* et *intendantur*, ita ut etiam modo per hoc modo per aliud quoddam *Adverbium* idque etiam *completivum*, ut a grammaticis appellatur, ex-

ponenda sint. Ita v. c. *hic*, *ille*, ut rem exemplo hujus Pronominis illustremus:

a. Ubi iteratur, nunc est *ille, alius:* ut Job. 1, 16. דֵין ־ דֵין, uti etiam Hebr. זֶה ־ זֶה, sed Syr. ܗܘ ־ ܐܚܪܢܐ, uti etiam Arab. هُوَ ـ آخَر *ille – alius;* nunc *hic – ille:* ut 1 Reg. 22, 20. דֵין ־ דֵין, ܗܢܐ ־ ܗܢܐ, uti etiam Hebr. זֶה ־ זֶה et Arab. هَذَا ـ هَذَا; nunc *alter – alter:* ut Jes. 6, 3. דֵין ־ דֵין, ܗܢܐ ־ ܗܢܐ, uti etiam Hebr. זֶה ־ זֶה, sed Arab. اَلْآخَرُ ـ اَلْآخَرُ *alter – alter;* vel alio simili modo exponendum.

b. Haud raro insigni cum vi vario modo construitur et occurrit etiam ita ut *ille* cum contemtu sit *iste:* ut Jud. 5, 5. דֵין, ܗܢܐ, uti etiam Hebr. זֶה *hic Sinai;* Dan. 2, 18. רָזָא דְנָה, ܪܐܙܐ ܗܢܐ *arcanum hocce;* et Arab. هَذَا اَلسِّرّ *hocce arcanum;* 1 Sam. 16, 12. דֵין הוּא, ܗܢܘ ܗܘ, uti etiam Hebr. זֶה הוּא et Arab. هُوَ هَذَا *hic ipse;* 1 Sam. 10, 27. *liberabit nos* דֵין, ܗܢܐ, uti etiam Hebr. זֶה et Arab. هَذَا *iste?*

c. κατ' ἐξοχὴν in primis *emphaseos* caussa cum Pronominibus *interrogativis* construitur: ut Gen. 27, 21. הַאַתְּ דֵין, uti etiam Hebr. הַאַתָּה זֶה *utrum tu ipse*, sed Syr. ܐܰܢ̱ܬ ܗܽܘ ܐܶܢ *utrum tu sis* et Arab. هَلْ أَنْتَ *utrum tu;* vers 20. מָא דֵין, uti etiam Hebr. מַה־זֶּה et Arab. مَاذَا *quid hoc*, sed Syr. ܡܰܢܽܘ ܗܳܢܳܐ *quid est hoc?* Ps. 24, 10. מַן הוּא דֵיכִי, ܡܰܢܽܘ ܗܳܢܳܐ, uti etiam Hebr. מִי הוּא זֶה *quis est ille?* 2 Reg. 1, 5. מָאדֵין, uti etiam Hebr. מַה־זֶּה *quid jam*, Syr. ܡܳܢܳܐ, et Arab. لِمَاذَا *quare?*

d. Exprimit Adverbium *loci hîc:* ut Gen. 28, 17. דֵין, ܗܳܪܳܐ, uti etiam Hebr. זֶה et Arab. هٰذَا *hîc.*

e. Apud Chaldaeos ut apud Hebraeos vim aliquando habet Pronominis *relativi*, et Adverbii *temporis*, *cum*, *nunc*, qua vi, ut Syrorum Interjectio ܗܳܐ *ecce* Nominibus *numeralibus* praeponitur: ut Ps. 104, 26. *Leviathan* דֵין, ut etiam Hebr. זָה *quem creasti;* 1 Reg. 17, 24. דֵין, uti etiam Hebr. זֶה *jam novi;* Gen. 27, 36. *decepit me* דְנָן, ut etiam Hebr. זֶה, sed Syr. ܗܳܐ est, ut Arab. habet قَدْ *jam duabus vicibus decepit me.* Vid. porro 81, II, 5, c.

f. Aliquot denique horum Pronominum *emphaseos* caussa cum uno alterove etiam Adverbio unam in vocem coalescere solent, et cum Adverbio quidem אֵי sive אֵי et ܐܰܝ seu ܐ (§ 82, 1.) ita, ut haecce Pronomina fiant Pronomina *interrogativa* eaque plerumque pariter aliqua cum *emphasi* conjuncta, quae vulgo per Latinorum *nam* exprimitur: ut ܬܰܡܳܢ *ibi, illic,* ܗܳܬܰܡܳܢ *ibi, illic* et *illo ipso in loco;* אֵידִין, ܐܰܝܢܽܘܢ *quinam?* אֵידָא, ܐܰܝܢܳܐ *quaenam;* אֵי אִלּוּ, ܐܰܝܠܶܝܢ *quinam, quaenam?*

§ 80.

PRONOMEN RELATIVUM.

Aramaeorum, quod vocatur Pronomen *relativum* דִּי, דְּ, ܕ raro ܕܺܝ, quatenus sua forma nec *generis*, nec *numeri* nec *casus* diversitatem exprimit, propius ad Hebraeorum אֲשֶׁר quam ad Arabum أَلَّذِي sua forma cum *genus*, tum *numerum*, tum in *duali* ipsum adeo Casum discriminans, accedit; et hanc ipsam ob caussam plerumque determinatur; idque quidem omni fere modo, quo أَلَّذِي et אֲשֶׁר parique item, quo hoc proposito. Ut haec porro atque illa Particula, sic etiam ד et ܕ hic illic modo alias determinat Particulas:

modo Nomen, vel, et hoc frequentius Pronomen, ad quod redit, in se quasi latens habet; modo *pleonastice* usurpatur; modo tandem similiter deficit: etiam, ubi omnis ejus determinatio neglecta est, aut ipsa alias quasdam Particulas determinaret.

1. Determinatur more etiam Hebraeorum et Arabum duplici modo, *sermone ipso* et *Pronominibus personalibus*, quae vel cum Nominibus vel cum Pariticulis Casuum notis copulantur, quaeque ipsam sic Particulae *relativae* vim accipiunt. Unus proprie *Nominativus* solo sermone ipso indicatur, atque adeo mox, ut nullius non generis Nominativus sponte dignoscitur. *Genitivus* exprimitur dictis Pronominibus Nomini *regenti* appositis: ut Deut. 28, 49. עַמָּא דִּי לָא תִשְׁמַע לִישָׁנֵיהּ, ܥܰܡܳܐ ܕܠܳܐ ܫܳܡܰܥ ܐܢ̱ܬ ܠܶܫܳܢܶܗ *gens, cujus non intelligis linguam.* *Accusativus* significatur plerumque iisdem memoratis Pronominibus vel mox cum ipso Verbo, vel cum aliqua intercedente Particula *Accusativum* postulante copulatis, quemadmodum *Dativus* et *Ablativus* ex ordine semper indicantur posteriore hac eorundem Pronominum cum Particulis utriusque hujus Casus notis conjuctione: ut Deut. 28, 48. *servies inimicis tuis* דִּי יְגָרֵינּוּן, ܕܢܶܫܰܕܰܪ ܐܶܢܽܘܢ *quos mittet;* Gen. 45, 4. *Ego sum Josephus vester*, יָתִי דְזַבֶּנְתּוּן, ܕܙܰܒܶܢܬܽܘܢܳܝܗܝ *quem vendidistis;* Jes 41, 8. *Jacobe* דְּאִתְרְעֵיתִי בָךְ, ܕܓܒܝܬܳܟ *quem elegi;* Deut. 4, 8.

Et quis populus magnus דְּלֵיהּ, ܕܺܐܝܬ ܠܶܗ *cui est;* Rom. 1, 9. *Testis enim est mihi Deus* ܕܰܠܶܗ *cui;* Ezech. 37, 25. *terra* דִּיתִיבוּ בַהּ, ܕܺܝܬܶܒܘ ܒܳܗ̇ *in qua habitarunt.*

Interim, etsi haec Particula *relativa* dicto plerumque modo determinatur, nonnunquam tamen omnis ejus determinatio, quae ope Pronominis *personalis* cum hujus illiusve Casus *obliqui* nota conjuncti fieri solet, negligitur: in primis, ubi idem Casus *obliquus* et ante et post Particulam *relativam* requiritur, atque adeo ubi neglecta ejus determinatio haud difficulter suppleatur: ut Gen. 3, 12. *mulier* דִּיהַבְתְּ, ܕܝܰܗ̱ܒܬ *quam dedisti;* Cap. 2, 8. *et collocavit ibi hominem* דִּי בְרָא, ܕܓܒܰܠ *quem creavit;* Cap. 3, 5. בְּיוֹמָא דְתֵיכְלוּן, ܒܝܰܘܡܳܐ ܕܬܶܐܟܠܘܢ ܡܶܢܶܗ *die, quo comederitis.*

2. Ipsa haec Particula in primis in sermone Syriaco variae indolis Pronomina et alias etiam Particulas determinat, ita ut iis vim suam *relativam* tribuat: ut v. c. Gen. 2, 11. הוּא ד, ܗܽܘ ܕ *qui*, Hebr. הוּא et Arab. هُوَ sequente Articulo ה, أَلْ; Exod. 32, 33. מַן דִּי, ܡܰܢ ܕ, uti etiam Hebr. מִי אֲשֶׁר *qui, qui-*

cunque, sed Arabs tantum habet أَلَّذِي; Gen. 2, 11. דִּי תַמָּן, ܕܬܰܡܳܢ, uti etiam Hebr. אֲשֶׁר שָׁם *ubi*, *relative*, ut Arabs habet أَلَّذِي بِهِ *in quo*) a תַּמָּן, ܬܰܡܳܢ *ibi;* Matth. 5, 11. ܐܶܡܰܬܝ ܕ *quando*, *quum*, sed ܐܶܡܰܬܝ *quando?*

Obs.

De ܐܰܝܟܳܐ, ܐܰܝܟܰܢܳܐ et ܐܰܝܟܳܐ ܕ, ܐܰܝܟܰܢܳܐ ܕ *Particulis.*

3. Ante hanc Particulam saepenumero apud Chaldaeos, ut ante אֲשֶׁר apud Hebraeos supplendum Latinorum Pronomen *is*, *ea*, *id*, quod determinatur et sermonis nexu et praeposita aut Praepositione, aut alia Casus nota, et ipsa Particula *relativa* solito modo determinata. Rarissime hoc Latinorum Pronomen ante Particulam *relativam* supplendum est apud Syros, utpote ipsos illud plerumque exprimentes Particula ܡܰܢ cum *masculini* tum *feminini* et ܡܳܐ sive ܡܶܕܶܡ *neutrius* generis, quaeque Particula pari modo, quo ejus vis ante ד et אֲשֶׁר supplenda, determinatur; quemadmodum ergo apud Arabes Prono-

men *relativum* omittitur, quoniam latet in eorum مَنْ *is, qui, ea, quae* et مَا *id, quod;* et propterea eadem etiam ratione haec ipsa Particula مَنْ et مَا determinatur.

Subinde tamen Chaldaei, Syrorum more, ante ד suum מַן *is, ea* et מָה *id*, rarissime vero Hebraei ante אֲשֶׁר suum מִי *is, ea* et מָה *id* scribendo exprimere solent, quemadmodum Syri ante ܕ suam scribendi rationem migrare. Ita est v. c. Dan. 3, 6. מַן־דִּי, ܡܰܢ ܕ, Arab. مَنْ *is, qui;* Exod. 4, 13. יַד־מַן־דְּ, ܒܝܰܕ ܡܰܢ ܕ *manus ejus, qui*, vel *quem*, Arab. simpliciter مَنْ *quem* vel *eum, quem*, Hebr. tantum יַד *manus;* Gen. 43, 16. לְדִי, Hebr. item לַאֲשֶׁר *ei, qui*, Syr. et Arab. *Janitori;* Num. 22, 6. יַת דִּי, ܠܡܰܢ ܕ, Hebr. אֵת אֲשֶׁר, Arab. مَنْ *eum, cui;* Jos. 2, 10. דִּי, ut etiam Hebr. אֲשֶׁר et Arab. اَلَّذِي, sed Syr. ܡܶܕܶܡ ܕ *quae sive id quod;* Dan. 2, 28. מָה דִּי, ܡܳܢܳܐ ܕ, Arab. مَا *id quod;* Exod. 32, 33. מַן דִּי, ܡܰܢ ܕ, uti etiam Hebr. מִי אֲשֶׁר, sed Arab. اَلَّذِي *is,*

qui; Hab. 2, 15. ܘܝ ܠܡܢ ܕܡܫܩܐ *vae ei, qui potum exhibet.*

4. Haec autem Particula *relativa*, eo, quo diximus modo, sive determinata, sive alias determinans Particulas subinde quidem desideratur, sed multo rarius tamen quam aut apud Hebraeos aut apud Arabes, et vero post statum Nominis *constructum* non tantum manere, verum insuper sibi praemissam habere solet Particulam מַן, ܡܢ Genitivum Latini Pronominis *is*, *ea*, *id* exprimentem, utpote ita appositam tanquam Nomen *rectum* praecedentis Nominis *regentis.* Ita v. c. Psalm. 1, 1. prorsus ut אֲשֶׁר in textu originali Hebraico bis post Copulam *et* supplenda; Psalm. 32, 2. ܘܐܬܟܣܝܘ ܠܗ *et cui tecta sunt* pro ܘܠܡܢ ܕ *et ei, cui*, quod e proximo praecedenti membro iterandum; Exod. 21, 12. et hoc in capite ita saepius. Conf. porro Exod. 4, 13. modo sub *num* 3. citatus. Scilicet tam raro tam fere nunquam haec Particula *relativa* desideratur, quia frequentissimus ejus usus, quemadmodum § 70, I, 2. significavimus, ad sermonis Aramaei ornamenta refertur.

5. Denique sponte intelligitur non adeo mirum esse, cur tam frequenter in sermone inprimis Aramaeo sin minus prorsus per *pleonasmum*, certe per meram *periphrasin*, praeter ullam necessitatem teratur: ut

v. c. Esr. 6, 2. בִּירְתָא דִי *arx, quae*, ܡܕܝܢܬܐ ܕ *urbs, quae est in Media.* Et bene multae alius etiam constructionis formae, quae nobis ubique occurrunt, confirmant.

6. Vim hujus Pronominis etiam Pronomina *demonstrativa* exprimunt. Vid. § 79, 2. e.

§ 81.

PRONOMINA INTERROGATIVA, TUM ETIAM PRONOMINA ALIIS IN LINGUIS DISTINCTIVAM FORMAM HABENTIA, NON ITA, SED VARIIS ALIIS MODIS IN SERMONE ARAMAEO EXPRESSA.

I.

Pronomina interrogativa.

Quemadmodum apud Hebraeos et Arabes, ita pariter apud Aramaeos Pronomina propria sua vi *interrogativa*, quae vulgo appellantur duo sunt, sed nulla apud Syros, nulla etiam proprie apud Chaldaeos litera vim *interrogandi* habet, nec *He*, ut in Hebraeorum, nec, ut in Arabum sermone *Aleph.* Vid. § 87, 3. Et duo illa, quae habentur Pronomina sunt, alterum מַן, ܡܰܢ plerumque de *persona*, alterum מָא seu מָה, ܡܳܢܐ de *re* teri solitum.

1. Horum Pronominum neutrum magis, quam *relativum*, aut *genus* aut *numerum*, aut *casus* formae mutatione distinguit, sed id omne sola utriusque etiam hujus ut illius cum aliis orationis partibus constructione determinatur. Itaque conveniunt et cum Hebraeorum מִי *quis*, *quae*? מָה seu מֶה *quid*? et cum Arabum مَنْ item *quis*, *quae*? et مَا *quid*? ita tamen ut horum مَنْ *quis* separatim positum diversa sua forma *casuum* diversitatem exprimat: ut Gen. 27, 32. מַן אַתְּ, ܡܰܢ ܐܢ̱ܬ *quis tu?;* Ruth. 3, 16. מַן אַנְתְּ, ܡܰܢ ܐܢ̱ܬܝ *quae tu?;* Gen. 48, 8. מַן אִלֵּין, ܡܰܢ ܐܢܽܘܢ ܗܳܠܶܝܢ *qui sunt illi?;* Cap. 21, 17. מַה־לָּךְ, ܡܳܢܳܐ ܠܶܟܝ *quid tibi?;* Cap. 24, 23. בַּת מַן, ܒܰܪܬ ܡܰܢ *cujus filia?;* 1 Sam. 12, 3. תּוֹרָא דְּמַן, ܬܰܘܪܳܐ ܕܡܰܢ *cujus bos.* — Et ita etiam reliqui *casus* solitis *casuum* notis indicantur; sed Hebraeorum לְמִי *cui?* saepius Aramaeis דְּמַן, ܕܡܰܢ *cujus* quam לְמַן, ܠܡܰܢ *cui* exprimitur: ut Gen. 32, 17. 1 Sam. 9, 20. — Ubi porro Pronomina haecce iterantur, ibi accuratior quam jam facta est, postu-

latur explicatio: ut Exod. 10, 8. מַן וּמַן, ܡܰܢ ܘܡܰܢ

qui et *qui*. — Denique Pronomen ܡܰܢ saepissime, et subinde quoque מַן cum Pronomine *personali* vim Verbi *substantivi* exprimente coalescit. Vid. § 17. V. 3, c.

2. Quemadmodum haecce Pronomina, uti § 80. vidimus, *interrogandi* vim aliquando amittunt aliamque accipiunt, ita etiam formam non semper habent eandem, sed hic illic plus minusve mutatam. Ita מַן scribitur מַנָא, מוֹן aut מַאן et pro ܡܰܢ, in primis, ubi de *rebus* sermo est, scriptum invenitur ܡܳܢ, ܡܳܢܘ aut idque saepius ܡܳܢܳܐ. Conf. v. c. Prov. 27, 1. Esth. 7, 6. (in Paraphr. secunda.) Exod. 32, 24. Cap. 3, 13. Jud. 13, 17. Gen. 4, 10. 15, 2. 19, 12. alibi. Et cum hocce uti etiam cum illo pariter ac cum ܡܰܢ Pronomen *personale* coalescit. Vid. loc. modo laud.

3. Aliquando *absolute* et in primis cum Praepositione scripta *Adverbii* quidem, sed frequentius cum ד, ܕ constructa Pronominis *relativi*, quemadmodum contra Adverbia et Pronomina *demonstrativa* vim *interrogandi* accipiunt. Ita v. c. מָא aliquando est *cur?* בְּמָא, ܡܳܢܐ *quam!* Conf. porro § 80, 2. § 82, 1. et § 79, 2. Et ita etiam Conjunctio אִם *si* et ܐܰܘ *aut*, ut Hebr. אִם et Arab. أَمْ vel أَوْ in

interrogationibus *disjunctivis* post Pronomen *interrogativum*, vel eo quoque non expresso *interrogative* ponitur. Vid. Jos. 5, 13. 1 Reg. 22, 15. Conf. porro § 87.

4. Denique haud semel etiam omnis *interrogationis* nota desideratur. Vid. v. c. Gen. 27, 24. 2 Sam. 18, 29.

II.

Religua Pronomina.

Quemadmodum in Hebraico et Arabico ita etiam in Aramaeo sermone proprie praeter descripta Pronomina non plura habentur, sed reliquorum Pronominum, quae aliis nobis in linguis occurrunt sola in his dialectis vis exprimitur; quod quomodo plerumque fiat paucis indicandum.

1. Pronomen quod vocatur *reflexivum* seu *reciprocum* exprimitur: vel Speciebus Verborum *passivis*, quae ergo ita vim cum Speciei Hebraeorum *Niphal* et in primis *Hithpaël*, tum Arabum Speciebus a litera *Nun* vel *Ta* incipientibus, subinde etiam Specierum primae propriam habent, quemadmodum § 33. I, 1, II et § 34 vidimus; vel Pronomine *personali* cum Praepositione aut cum alia Casus nota; ut Gen. 31, 23. עִמֵּיהּ, ܥܰܡܶܗ, ut etiam Hebr. עִמּוֹ et Arab. مَعَهُ *secum* pp. *cum ea;* 1 Sam. 1, 24. עִמַּהּ et ܥܰܡܳܗ, ut etiam Hebr. עִמָּהּ et Arab.

مَعَهَا *secum* prop. *cum ea;* Gen. 8, 8. מִלְּוָתֵיהּ et ܡܶܢ ܠܘܳܬܶܗ, ut Hebr. מֵאִתּוֹ et Arab. مِنْ عِنْدِهِ *a se* prop. *ab eo;* vers. 9. לְוָתֵיהּ et ܠܘܳܬܶܗ, ut Hebr. אֵלָיו, uti etiam Arab. إِلَيْهِ *ad se* prop. *ad eum?;* 1 Sam. 15, 12. לֵהּ, ܠܶܗ, ut Hebr. לוֹ et Arab. لَهُ *sibi* prop. *ei;* Gen. 3, 7. לְהוֹן, ܠܗܽܘܢ, Hebr. item לָהֶם *sibi;* — vel denique uno alterove Nomine מְעָא v. c. *venter*, גּוּף *corpus*, גְּרַם *os*, רֵאשׁ, ܪܺܫܶܗ *caput*, חַיָּא, ܚܰܝܶܐ *vita*, לֵב, ܠܶܒܶܗ *cor*, ܩܢܽܘܡܳܐ *persona*, maxime vero נַפְשׁ, ܢܰܦܫܶܗ, ut maxime quoque apud Hebraeos et Arabes eadem voce נֶפֶשׁ, نَفْس *animus* cum Pronomine *personali* et cum praemissa Casus nota constructa, ita tamen, ut hoc ipso modo Pronomina *personalia* etiam simpliciter circumscribantur: ut Deut. 4, 9. ܢܰܦܫܟܽܘܢ *vos ipsos* et נַפְשָׁךְ, uti etiam Hebr. נַפְשְׁךָ et Arab. نَفْسَكَ *te ipsum;* Psalm. 7, 3. נַפְשִׁי, ܢܰܦܫܝ, ut etiam Hebr. נַפְשִׁי et Arab. نَفْسِي *me;* Psalm. 14, 1. בְּלִבְבֵיהּ

ܒܠܒܗ, uti etiam Hebr. בְּלִבּוֹ et Arab. فِي قَلْبِهِ item *secum*, pp. *in corde suo;* Exod. 9, 14. לִבָּךְ, ܠܒܟ, uti etiam Hebr. לִבְּךָ et Arab. قَلْبَكَ *te* pp. *cor tuum.*

Quaest.

Unde duplex illa horum aliorumque etiam vocabulorum usus, ut videtur, repetendus?

2. Pronomen *quisque*, *quilibet* et *unusquisque* exprimitur plerumque: — *a.* Nomine cum גְּבַר, ܓܒܪ, Hebr. אִישׁ et Arab. رَجُل item *vir* 1 Reg. 20, 20. tum אֱנָשׁ, ܐܢܫ *homo*, Hebr. denuo אִישׁ *vir* et Arab. كُلّ انسان *omnis homo* Jud. 9, 55.; — *b.* Nominis *iteratione*, ut גְּבַר גְּבַר, ܐܢܫ ܐܢܫ *homo homo*, Hebr. אִישׁ אִישׁ *vir vir*, Arab. كُلّ امرئ *omnis vir* Exod. 36, 4.; עַמָּא עַמָּא, ܥܡܐ ܥܡܐ, Hebr. גּוֹי גּוֹי et Arab. شَعْب شَعْب *quisque populus*, pp. *populus populus* 2 Reg. 17, 29.; — *c.* sola sermonis *indole*, ut שִׁבְטָא, ܫܒܛܐ, Hebr. item מַטֶּה et

Arab. سِبْطٌ *quaelibet tribus*, pp. *tribus* Num. 13, 3.; גַּבְרָא, ܓܰܒܪ̈ܶܐ, Hebr. item גְּבָרִים et Arab. رِجَالٌ *quisque vir*, *viritim* pp. *viri* Jos. 7, 18.; – *d.* etiam *Participiis* Gen. 12, 3. sed quemadmodum intelligitur iis, quae § 70, 2. diximus, minus frequenter quam cum apud Arabes tum inprimis quam apud Hebraeos.

3. Pronomen *aliquis* exprimitur plerumque: – *a.* Nomine cum גְּבַר, ܐ݈ܢܳܫ *homo*, Hebr. אִישׁ *vir*, Arab. كُلُّ آمْرِئٍ *omnis vir* Ex. 16, 29. tum ܢܰܦܫܳܐ, Hebr. it. נֶפֶשׁ *anima*, Chald. iterum אֱנָשׁ, Arab. أَيُّ إِنْسَانٍ *quisque homo* Lev. 5, 1.; – *b.* Particulis מַן דְּ, ܡܰܢ ܕ *is qui*, Hebr. מִי בַעַל *quis dominus*, Arab مَنْ *is, qui* Exod. 24, 14.; — *c.* sola sermonis *indole*, maxime ante Particulam cum מִן et ܡܶܢ, tum Hebr. מִן et Arab. مِنْ *e, ex.* — Pronomen *aliquid* exprimitur plerumque: vel Nominibus פִּתְגָּמָא, ܦܶܬܓܳܡܳܐ, מִדְּעַם, ܡܶܕܶܡ, subinde etiam ܡܶܠܬܳܐ, quemadmodum Hebr. דָּבָר et Arab. أَمْرٌ aut شَيْءٌ *verbum*, seu *negotium*

Gen. 18, 14. Lev. 5, 2. Exod. 18, 26.; vel ut *aliquis* sola sermonis *ratione*, praesertim ante memoratam modo Particulam Lev. 5, 9.

4. Pronomen *quicunque* et *quisquis* exprimitur plerumque: -*a. iteratione* Nominis, ut v. c. גְּבַר גְּבַר, ܓܰܒܪܳܐ ܓܰܒܪܳܐ, Hebr. etiam אִישׁ אִישׁ *vir vir*, Arab. أَيُّ إِنْسَانٍ *quicunque homo* Lev. 20, 2.; - *b.* vocibus כָּל אֱנָשׁ, ܟܽܠ ܐ̱ܢܳܫ sive ܟܽܠܢܳܫ *omnis homo*, Hebr. כָּל אִישׁ et Arab. كُلُّ رَجُلٍ *omnis vir* Gen. 45, 1.; - *c* Particula דְ, ܕ, Hebr. Participio et Arab. مَنْ *is, qui* Exod. 21, 12.; — *d.* eadem etiam hac Particula constructa modo cum voce כָּל, ܟܽܠܡܰܢ, Arab. كُلُّ مَنْ item *omnis, qui*, Hebr. rursus Participio Gen. 4, 14. modo cum Particula ܡܰܢ *is, qui*, Hebr. etiam cum Participio, Arab. أَيُّ إِنْسَانٍ Gen. 9, 6. Conf. etiam ܟܽܠܡܶܕܶܡ ܕ Gen. 20, 16. et nonnulla loca sub *num.* 2 et 3. citata. — Pronomen *quodcunque*, *quicquid* plerumque exprimitur: cum כָּל דְ, ܟܽܠ ܕ, Hebr.

item כָּל אֲשֶׁר *omne quod*, tum ܟܠ ܡܐ ܕ et ܟܠܡܕܡ ܕ *omne id quod*, Arab. كُلُّ مَالِهِ sive جَمِيعُ مَالِهِ *omnis possessio ejus* prop. *complexitas* sive *universitas possessionis ejus* Gen. 12, 20. 25, 5. 24, 36.

5. Pronomen *ipse* et *idem* exprimitur plerumque: — *a* Pronomine *personali* הוּא, ܗܘ, Hebr. item הוּא et Arab هُوَ Gen. 50, 14.; הוּא יְיָ, Hebr. אֲדֹנָי הוּא *Dominus ipse*, Arab. item اَلرَّبُّ نَفْسُهُ *Dominus ipse*, prop. *Dominus anima ejus* Jes. 7, 14.; אַנְתְּ הוּא, ܐܢܬ ܗܘ, ut Hebr. אַתָּה הוּא *tu ipse* Ps. 44, 5. et ita etiam Arab. أَنْتَ هُوَ *tu ipse* Ps. 102, 28.; — *b.* vocibus נְפַשׁ, ܢܦܫ *anima* cum Adfixis conjunctis, ut Hebr. item subinde נֶפֶשׁ et Arab. maxime نَفْسٌ: ut ܢܦܫܗܘܢ *ipsi* pp. *anima eorum* Jes. 46, 2. Vid. *num.* 1.; — *c.* Praepositione cum Adfixo *pleonastice* posito, maxime Syr. sed Chaldaeo plerumque voce כְּרַן *ipse*, ut Hebraeis עֶצֶם *os* et Arab. ذَاتٌ prop. *domina*, *praedita:* ut בַּהּ שַׁעְתָּא, ܒܗ ܒܫܥܬܐ, Arab.

فِي هٰذِهِ ٱلسَّاعَةِ *eadem hora* Dan. 3, 6. 15; בְּבְרַן יוֹמָא, ܒܗ ܒܝܘܡܐ Hebr. בְּעֶצֶם הַיּוֹם et Arab. فِي ذَاتِ ذٰلِكَ ٱلْيَوْمِ *eodem illo die* Gen. 7, 13; – *d.* Pronomine *demonstrativo*, Chald. cum *He* Hebraeorum *demonstrativa*, Syr. cum Pronomine *personali*, quemadmodum Hebraeo, vel ut Chald. et Arab. simplici *demonstrativo:* ut הָאִלֵּין, *haec ipsa* ܗܳܠܶܝܢ, *haecce*, Hebr. הָאֵלֶּה Arab. هٰذِهِ *haec* Exod. 20, 1.; ܗܽܘ ܗܳܢܳܐ *hoc ipsum*. Chald. דָּא, Hebr. זֹאת, et Arab. هٰذِهِ *hoc* Gen. 9, 17. Vid. porro § 79, 2 *b.* et Math. 5, 47. ܗܽܘ ܗܳܢܳܘܢ *id ipsum;* — *e. iteratione* Pronominis *personalis* interposita vulgo Particula ܕ݁ܶ, ut ܗܶܢܽܘܢ ܕ݁ܶ ܗܶܢܽܘܢ *eaedem* Hebr. 10, 1, 11.; — f. solo etiam sermonis nexu Lev. 20, 3.

Quomodo Pronomina *is*, *qui* et Pronomina, quae appellantur *possessiva* exprimantur, vid. § 80, 3. et § 96, 3.

§ 82.

ADVERBIA.

Quemadmodum aliis in linguis, ita in Aramaea etiam ut in Hebraica et Arabica dialecto variae et

originis et formae et significationis habentur *Adverbia* eaque non minus in his quam in illis similibus orationis partibus constituta et ad tres principuas a grammaticis vulgo classes relata; ita ut primam constituant *primitiva*, alteram *derivata*, tertiam denique *reliqua* solis orationis partibus *adverbialiter* usurpatis expressa. Praeter tres hasce praecipuas aliae quidem a grammaticis constituae sunt Adverbiorum classes, seu divisiones, ita tamen, ut alii plures, pauciores alii commendent, et alia alii exempla ad alias classes referant.

Interim, quicquid tandem de hoc inter grammaticos dissensu statuendum, Adverbia generaliter sunt vel *Particulae*, vel *Nomina*, vel *Verba* sic posita, ut sua singula significatione convenienter sermonis indoli, modo hujus, modo alius Adverbii vim exprimant.

1. Adverbia *Particulis* κατ᾽ ἐξοχὴν ita dictis expressa habentur vulgo *primitiva* quaedam vocabula *absolute* posita, quibus Particulis accensetur quoque *He* Hebraeorum *interrogativa*. Sunt autem:– vel *nuda*, ut כָּא, ܗܳܟܳܐ *hic*, לָא, ܠܳܐ *non*, ܠܶܡ etiam *non* et etiam idem quod ܠܳܐ ܗ̄ܘܳܐ *nonne?* תָּם *ibi*, *illic*, ܐܺܝܢ *imo*, *utique*, אֵי sive אֵי Syris item ܐܶܝܢ, (verum his semper conjunctim, et non ut Chaldaeis aliquando etiam separatim scriptum)

collato Arabum أَيّ *quis?* et in primis Hebraeorum אִי sive אֵי *ubi?;* – vel *aucta*, ut תַּמָּה, תַּמָּן, ܬܰܡܳܢ *ibi*, *illic*, הֵיכְנָא, ܗܳܟܰܢܳܐ *sic*, *ita;* — vel *composita* idque quidem: modo cum *Praepositione*, ut לְכָא, ܠܟܳܐ *illuc*, *huc*, מִתַּמָּן, ܡܶܢ ܬܰܡܳܢ, מִכָּא, ܡܶܟܳܐ *illinc*, *hinc;* modo cum *Pronomine* eoque in primis vel *demonstrativo* (§ 79, 2. f.) vel *relativo* tam apposito quam praemisso § 80, 2.); modo cum memorato Adverbio אֵי, ܐܰܝ, quo saepe vel Adverbia *interrogandi* fiunt, vel in iis confirmatur *interrogandi* vis, eaque nunc hac nunc alia Particula Latina exprimenda, ut אֵיכָא, ܐܰܝܟܳܐ, prorsus ut Hebraeorum אֵיכָה, *ubi*, אֵימָתַי, ܐܶܡܰܬܝ *ecquando?* collato Hebraeorum מָתַי et Arabum مَتَى *quando;?* modo etiam cum hac, modo cum alia voce.

Et inter hujus generis Adverbia maxime notabile est לית sive לֵית, ܠܰܝܬ, Arab. لَيْسَ *non est* et *non sunt*, quod, collato Hebraeorum לָא יֵשׁ, idem quod אֵין intellecto Verbo *substantivo* etiam *non est*, compositum, ut videtur, est ex לָא, ܠܳܐ

Arab. لا *non* et אִית, ܐܝܬ, Arab. أَيْسَ *est* et etiam *sunt* Particula: proprie ipsa Hebraeorum Particula יֵשׁ cum *Aleph* litera *prosthetica*. Vid. § 17, VII, 2. et in primis § 95.

Quomodo Pronomina cum *demonstrativa*, tum *interrogativa* fiant aliquando Adverbia dictum est § 79, 2. et § 81, 3.

2. Adverbia *Nominibus* expressa maximam partem sunt derivata variae cum *formae* tum *abstractae* significationis Substantiva et Adjectiva, quae, etsi non omnia certae originis, fere semper in Casu *obliquo*, eoque vel Accusativo, vel Ablativo *absolute* usurpantur, quemadmodum sponte intelligitur et ex ipsa rei ratione, et ex dialecti Arabicae comparatione et ex Particulis utriusque hujus Casus notis, quibuscum haud raro etiam conjunguntur. Sunt ergo hujus non minus quam superioris classis Adverbia modo *nuda:* ut מְחַר, ܡܚܪ *cras*, בְּרַם, ܒܪܡ *profecto*, *at*, *verum*, טָב, ܛܒ *bene*, *valde*, *vehementer*, קְלִיל, ܩܠܝܠ *parum*, חֲדָא, ܚܕܐ *semel;* modo *aucta* maxime syllabis ָם, נָא, וּת, ܘܬ, ית, ܐܝܬ, ܐܝܬ: ut יְמָם *interdiu*, יוֹמָנָא, ܝܘܡܢܐ vulgo compositum habetur ex ܝܘܡܐ et ܗܢܐ *hodie*, תִּנְיָנוּת, ܬܢܝܢܘܬ *iterum*,

יְהוּדִית, ܝܗܘܕܐܝܬ *judaice*, ܐܚܪܝܬ *postea*; modo *composita* cum Conjunctione et maxime cum Praepositione: ut ܐܟܚܕ et ܐܟܚܕܐ *una*, *simul*, בְּקוּשְׁטָא, ܒܫܪܪܐ *vere*, כְּהֲדָא, ܒܚܕܐ *simul*, ܡܚܕܗ *statim*, ܒܩܕܡܝܬ *primum*, לְחֲדָא *semel*, ܒܐܝܡܡܐ *interdiu*, בִּימָמָא. — De alio modo, quo Nomina numeralia *adverbialiter* aliquando ponuntur, vid. § 73, I, 1. Conf. etiam § 74. III. — Ceterum hujus classis Adverbia Nominibus, quorum ulteriori descriptioni subinde etiam in sermone Aramaeo et Arabico, quamvis multo minus frequenter quam in Hebraico, inserviunt, non tantum postponuntur, verum etiam praeponuntur, et plerumque Latine ita redduntur, acsi essent Adjectiva: ut 2 Sam. 12, 2. תּוֹרִין סַגִּי *boves multi*, 2 Chron. 2, 9. ܩܝܣܐ ܣܓܝܐܐ *ligna multa*, Luc. 4, 25. ܣܓܝܐܢ ܐܪܡܠܬܐ *multae viduae*, Jud. 4, 19. זְעֵיר מַיָּא, ܩܠܝܠ ܡܝܐ, ut Hebr. מְעַט מַיִם *paululum aquae*. Verumtamen ob dictam caussam sponte sequitur, Aramaeos et Arabes pro Hebraeorum Adverbiis saepe sua substituere Adjectiva, vel alio etiam modo Adverbiorum vim exprimere. Ita v. c. in nonnullis locis modo adductis et in multis aliis pro Hebraeorum Adverbiis maxime הַרְבֵּה

multum substitutum invenitur Adjectivum cum Aramaeorum סַגִּיא, ܣܰܓܺܝܐܳ, tum Arabum كَثِير *multus*.

3. Adverbia *Verbis* expressa sunt cunctae *Conjugationis*, quae vocatur, partes: ipsae Infinitivorum ergo ac Participiorum formae *absolute* positae eaeque subinde etiam cum Praepositione constructae; Verba porro *finita*, praesertim אוֹסִיף, ܐܰܘܣܶܦ *addidit*, אַסְגִּי, ܐܰܣܓܺܝ *multiplicavit*, תּוּב, ܗܦܰܟ *reversus est*, קַדֵּם, ܩܰܕܶܡ *antevertit;* quorum Praeterita ante Praeterita, Futura ante Futura et Imperativi ante Imperativos ejusdem personae, et denique, quorum Praeterita et Futura ante Infinitivum haud raro *adverbiatiter* capienda sunt, atque adeo per *iterum*, v. c. *rursus*, *denuo*, *multum* et *antea* reddenda. — Hicce autem Adverbiorum Verbis circumscribendorum modus omnium maxime Hebraico sermoni proprius est. In Chaldaico enim et in primis in Syriaco uti etiam in Arabico sermone multo frequentius Nominibus quam quidem ita Verbis Adverbia exprimi solent, quemadmodum vidimus, § 37, II. § 40, II. § 41, II. § 42, II.

4. Quemadmodum Verba, Nomina et aliae orationis partes, ita etiam Adverbia saepe vario proposito, praesertim more Hebraeorum, iterantur. Ita v. c. est

לַחְדָא לַחְדָא, ܛܳܒ ܛܳܒ, ut Hebr. מְאֹד מְאֹד et Arab. جِدًّا جِدًّا *quam maxime* Gen. 7, 19. זְעֵיר זְעֵיר, ܩܰܠܺܝܠܳܐ ܩܰܠܺܝܠܳܐ, ut Hebr. מְעַט מְעַט et Arab. قَلِيلًا قَلِيلًا *sensim sensimque* Exod. 23, 30. לְתַחְתָּא לְתַחְתָּא, ܠܬܰܚܬ ܠܬܰܚܬ, ut Hebr. מַטָּה מַטָּה *magis magisque deorsum* Deut. 28, 43. אִית וְאִית, ܐܺܝܬ ܘܐܺܝܬ, ut Hebr. יֵשׁ וְיֵשׁ et Arab. نَعَم وَزِيَادَة *omnino ita est* 2 Reg. 10, 15.

§ 83.

PRAEPOSITIONES.

Praepositiones in hac, ut in Hebraica et Arabica dialecto Particulis exprimuntur, partim *inseparabilibus* partem *separatis*. Illae, sive Praepositiones Particulis expressae *inseparabilibus* sunt nudae quaedam literae aliis orationis partibus praefixae et e communi grammaticorum sententia, habentur *primitivae*, uti pluribus § 87. videbimus. Hae sive Praepositiones Particulis expressae *separatis* hic describendae sunt.

1. Posterioris hujus generis Praepositiones omnes sunt derivata unius pluriumve syllabarum et significatio-

nis *abstractae* Nomina in statu *regiminis* posita, ita ut *Genitivum* cum Nominis tum Adfixi regant, quemadmodum ex eorum indole, haud raro etiam forma et e dialecto tam Hebraica quam Arabica liquet. Ita v. c. עַל, ܥܠ, ut Hebr. עַל et Arab. عَلَى *super*, pp. *superioritas*, תְּחוֹת sive תְּחַת, ܬܚܘܬ sive ܬܚܝܬ et ܬܚܝܬ, ut Hebr. תַּחַת et Arab. تَحْتَ *sub*, pp. *inferioritas:* unde עַל אַנְפִּין, ܥܠ ܐܦܝ et עֲלוֹהִי, ܥܠ ܐܦܘܗܝ *super*, *ad*, *contra facies* et *eum* prop. est *superioritas facierum* et *ejus*. Construitur haec Praepositio עַל, ܥܠ cum Verbis v. c. *tegendi* et *tuendi*, ut 1 Reg. 8, 7. 2 Reg. 20, 6.; vi porro *molestiae* cum Verbis, quibus notio *gravitatis* inest, ut 2 Sam. 13, 25.; uti etiam vi ejusdem Praepositionis, cum qua in sermone Latino vel construuntur, vel composita sunt Verba, quibus in vertendo utimur, ut Gen. 20, 2. 2 Reg. 22, 13.

2. Forma tenus sunt partim *nudae*, subinde etiam *auctae:* ut בָּתַר, ܒܬܪ *post*, חִלּוּף et אַמְטוּל *pro*, *propter;* partim *masculini*, subinde etiam *feminini* generis: ut אַמְטוּלָא *pro*, *propter;* partim *singularis*

et *pluralis* numeri; id est aliquot, ut v. c. עַל, ܥܠ *super*, בֵּין, ܒܶܝܬ *inter* maxime ante Adfixa semper sibi formam Nominis *pluralis* numeri, praesertim *masculini* generis vindicant; ut עֲלֵיהוֹן, ܥܠܰܝܗܽܘܢ *contra eos*, בֵּינוֹהִי, ܒܰܝܢܰܘܗܝ *inter eum*, בֵּינֵיכוֹן, ܒܰܝܢܳܬܟ݂ܽܘܢ *inter vos*, בֵּינָנָא, ܒܰܝܢܳܬܰܢ *inter nos*, — בֵּינַת חַכִּימֵי, ܒܰܝܢܳܬ ܚܰܟܺܝܡܶܐ, *inter sapientes* Prov. 15, 31.; partim etiam *compositae* cum alia voce: ut ܥܕܰܡܳܐ *usque ad*, maxime cum Praepositione ל, ܠ: ut לִקֳדָם, ܠܩܽܕܳܡ, ut Hebr. לִפְנֵי *ante*, *coram*, vel מִן praesertim ܡܶܢ: ut מִבָּתַר, ܡܶܢ ܒܳܬܰܪ i. q. Hebr. מֵאַחֲרֵי et Arab. مِنْ بَعْدِ *post*; ita tamen, ut utraque haec praemissa Praepositio in primis מִן, ܡܶܢ aliquando cum abundare tum supplenda videatur. Hinc, ubi Syrus habet ܡܶܢ ܒܳܬܰܪ, ibi Chaldaeus saepissime duntaxat בָּתַר usurpat, et ibi etiam haud raro omittitur et Hebraeorum מִן et Arabum مِنْ.

3. Praepositiones ergo et Adverbia, quae *Nominibus* exprimuntur, quamquam plerumque eo, quo di-

ximus modo, distinguuntur, tamen, quemadmodum item vidimus, saepe ita ejusdem formae sunt, imo vero subinde etiam constructionis, ut nulla nota externa significetur, utrum hujusmodi Nomina per *Praepositiones*, an vero per *Adverbia* vertenda sint. Habentur tantummodo aliquot Nomina cum ܠ composita, quae post praemissam Praepositionem ܡܶܢ sunt *Adverbia*, ante vero eandem hanc Praepositionem fiunt *Praepositiones*. Ita v. c. ܡܶܢ ܠܒܰܪ *foris, extrinsecus*, ܡܶܢ ܠܓܰܘ *intus*, *intrinsecus*, sed ܠܒܰܪ ܡܶܢ est *extra*, *praeter* et ܠܓܰܘ ܡܶܢ *intra*. Apud Chaldaeos apposita Praepositioni מִן et in primis ל hujusmodi Adverbia, sive ita etiam, sive aliter sive prorsus non composita saepe pariter fiunt *Praepositiones*.. Ita v. c. מִבָּרָא sive מִן בָּרָא, לְבָרָא et בְּבָרָא i. q. Hebr. מִחוּץ, בַּחוּץ, לַחוּצָה et לַחוּץ, הַחוּצָה, חוּצָה, מֵהַחוּץ *foris, foras, extrinsecus*; sed בַּר מִן i. q. Hebr. חוּץ מִ *praeter*, et מִבָּרָא לְ i. q. Hebr. מִחוּץ לְ et מִחוּצָה לְ *extra;* מִגָּיו et לְגָיו, מִלְּגָיו i. q. Hebr. מִבַּיִת, מִבַּיְתָה et בַּיְתָה *intus*, *intrinsecus;* sed מִגָּיו לְ et לִמְגוֹ לְ i. q. Hebr. אֶל מִבַּיִת לְ et בַּיִת לְ, לְמִבַּיִת לְ, מִבַּיִת לְ *intra*.

4. Quemadmodum aliis in linguis nonnullae Praepositiones sua se indole et constructione discernunt a ceteris Praepositionibus, ita in sermone pariter Aramaeo una alterave habet Praepositio, quo se distinguat. Ita v. c. Praepositio *inter* forma plurali ܒܝܢܝ̈ vel ܒܝܢܬ non tantum ante Adfixa, verum etiam ante alias orationis partes exprimitur: ut ܒܝܢܝ̈ ܗܝܟܠܐ ܠܡܕܒܚܐ *inter templum et altare* Luc. 11, 51. ܒܝܢܬ ܗܠܝܢ *inter haec* Joh. 4, 31. — Pro hac porro Praepositione ex ordine proprie iterando substituitur litera ܠ, modo cum Copula ܘ, modo sine ea., ut Matth. 18, 15. Luc. 11, 51. Pari item modo usurpatur ejus synonymon ܒܝܬ *inter* pp. *domus.* Chaldaei sequuntur Hebraeos vel suum בֵּין *inter* cum Copula iterantes, vel pro illo literam ל plerumque sine Copula substituentes. Hinc Gen. 1, 14. ܒܝܬ ܐܝܡܡܐ ܠܠܠܝܐ, sed Chald. בֵּין יְמָמָא וּבֵין לֵילְיָא, Hebr. item בֵּין הַיּוֹם וּבֵין הַלָּיְלָה *inter diem ac noctem;* Gen. 1, 6. ܒܝܬ ܡܝܐ ܠܡܝܐ, etiam Chald. בֵּין מַיָּא לְמַיָּא et Hebr. בֵּין מַיִם לָמָיִם *inter aquas et aquas.* — Arabs etiam non iteravit suum

بَيْنَ *inter*, sed post illud usurpavit vel Nomen *dualis* numeri, vel solam Copulam وَ; alibi ut v. c. Deut. 17, 8. Particulam إِلَى *ad*, usurpat

Quaest.

Unde haec Praepositionum indoles, uti etiam alia earum in aliis dialectis, ut videtur, ratio exstitit?

§ 84.

CONJUNCTIONES.

Ad documenta numero multa ac genere varia, quae nobis degustandam praebent dialectorum Orientalium seu linguarum Semiticarum rationem ita simplicem ita rudem omninoque ita puerilem, ut in iis, et omnium maxime in Hebraica lingua, ipsum quasi audiamus puerun prima loquendi pericula facientem, sine controversia pertinet etiam Conjunctionum *raritas* simul et *usus*. Nam *Conjunctiones*, stricte sic dictae, quibus in cultioribus linguis philosopha, sive periodica, quae vócatur, scribendi ratio constituitur, non tantum paucae, et in Hebraica in primis lingua habentur paucissimae, verum etiam haud raro sua indole ambiguae et perverso loco positae deprehenduntur. Hinc a nobismet ipsis in versionibus nostris sola verborum cohaerentia Conjunctiones saepe partim supplendae, partim determinandae, partim justo suo loco exprimendae sunt.

Interim tantum abest, ut haec Conjunctionum affectio, posita in earum et insigni penuria et frequenti ellipsi et ratione saepe fluctuante et usu haud raro etiam perverso, pertineat ad librorum V. T. auctoritatem dignitatemque quodammodo obscurandam, ut contra eam ipsam quam maxime cum manifestet tum confirmet. Quod ita universe de universa Conjunctionum ratione verbo animadvertisse nunc quidem nobis sufficiat, et propterea ad ipsum grammatices locum de Conjunctionibus in sermone Aramaeo paullo enucleatius tractandum accedimus.

1. Conjunctionum aeque ac Praepositionum Particulae a grammaticis dividuntur in *inseparabiles* et *separatas*.

2. Hae sive Particulae *inseparabiles* sunt solae quaedam literae aliis orationis partibus praefixae, de quibus § 87.

3. Particulae *separatae*, quibus Conjunctiones exprimuntur, sunt vel *primitivae* quaedam voces eaeque partim *nudae*, ut אַף, ܐܳܦ i. q. Hebr. אַף, indeque per *aphaeresin*, ut videtur, Arabum فَ *etiam*, אִין sive אִן, ܐܶܢ, ut Hebr. אִם et Arab. إِنْ *si*, אוֹ, ܐܰܘ i. q. Hebr. אוֹ et Arab. أَوْ *aut*, *vel*, subinde etiam *an*? (81, 3.) בְּרַם, ܒܪܳܡ *verum profecto*; partim *auctae*, ut ܐܰܟܘܳܬ, ܗܳܟܘܳܬ *sicut*, *ita*, coll. Chaldaeorum כְּוָת

partim *compositae* modo secum invicem, ut ܐܦܢ pro ܐܦ ܐܢ, ut Hebr. אַף pro אַף אִם *etiamsi*, modo cum Pronomine, ut ܐܦܚܢܢ *etiam nos*, modo cum Adverbio, ut ܐܦܠܐ *etiam non*, *neque*, modo cum Praepositione *inseparabili* simul et Pronomine *adfixo*, ut ܐܦܠܢ *etiam nobis*; — vel aliae orationis partes, ut תּוּב, ܬܘܒ *et*, *quoque*; in primis vero Praepositiones aut cum Pronomine *demonstrativo* aut cum Particula ד, ܕ constructae: ut עַל דֵּין, ܡܛܠ ܗܢܐ *propterea*, *idcirco*, ܡܛܠ ܕ *propterea*, *quod*, *quia*, חֲלַף, ܚܠܦ *pro*, *propter*, sed חֲלַף דְּ, ܚܠܦ ܕ *propterea*, *eo quod*.

§ 85.

INTERJECTIONES.

Inter ea, quae dialecti Orientales, sive linguae Semiticae cum aliis linguis habent communia, haud infimum sane locum tenent *Interjectiones*, maxime vero Interjectiones stricte sic dictae, quippe quae voces, non minus, quam alia quaedam varii generis signa efficiant unam eandemque linguam, qua homo cujuscunque tandem et sexus et aetatis et conditionis tam

59*

cultae, quam incultae ubique et gentium et terrarum semper animi sui varia de caussa vehementer moti agitatique affectiones sponte exprimere solet et quasi effundere omnes.

Interjectiones ergo in sermone etiam Aramaeo cum Nominibus partim *primitivis* partim *derivatis*, tum etiam Verbis exprimuntur.

1. Nomina *primitiva*, quibus Interjectiones exprimuntur maximam partem sunt ὀνοματοπεποιημένα· ut v. c. אָח. Syr. saepe ܐܘܗ seu ܐܘܗ i. q. Hebr. הֶאָח *euge!* ubi vero iteratur הֶאָח, Syr. est ܐܗܐ ܐܗܐ *euge, euge!* Ps. 40, 16. וַי sive וַוי, ܘܝ i. q. Hebr. הוֹי, אוֹי *vae!* הָא, ܗܐ i. q. Arab. هَا, et etiam olim, ut videtur, Hebraeis הָא *ecce!* — Interjectiones *minas* significantes plerumque Praepositionem ל, ܠ vel עַל, ܥܠ post se habere solent: ut וַי לָנָא, ܘܝ ܠܢ i. q. Hebr. אוֹי לָנוּ et Arab. أَلْوَيْلُ لَنَا *vae nobis!* 1 Sam. 4, 7, 8. וַי עֲלֵיהוֹן, ܘܝ ܥܠܝܗܘܢ i. q. Hebr. הוֹי עֲלֵיהֶם *vae illis!* Jer. 50, 27.

2. Nomina *derivata*, quibus Interjectiones exprimuntur, sunt: — *a.* חֲבַל sive חֲבוּל proprie *corruptio*,

sed *abrupte* positum *vae!* quod, ab caussam modo citatam, cum Adfixo vel cum sequenti Nomine ope Praepositionis עַל construitur: ut חֲבַל עֲלַי i. q. Syr. ܘܳܝ ܠܺܝ, Hebr. אַלְלַי לִי et Arab. أَلْوَيْلُ لِي *vae mihi!* Job. 10, 15. חֲבוֹל עַל בְּנַיָּנָן *vae filiis nostris;* ita Jonathan textum explicuit Deut. 18, 15. — *b.* טוּב, ܛܽܘܒ o! *euge!* prop. *bonitas*, *felicitas*, cujus forma *constructa*, eaque cum Adfixo composita et sequenti Nomini Particulam לְ, ܠ aut ד habenti praeponi solet: ut טוּבֵיהּ לְכָל, ܛܽܘܒܰܝܗܽܘܢ ܠܟܽܠ i. q. Hebr. אַשְׁרֵי כָּל *euge omnes* Ps. 2, 12. טוּבֵיהּ דְגַבְר, ܛܽܘܒܰܘܗ̱ܝ ܠܓܰܒܪܳܐ i. q. Hebr. אַשְׁרֵי הָאִישׁ et Arab. طُوبَا لِلرَّجُلِ o *felicem virum* Ps. 1, 1. טוּבָךְ, ܛܽܘܒܰܝܟ, i. q. Hebr. אַשְׁרֶיךָ et Arab. طُوبَاكَ o *te felicem!* Deut. 33, 29. — c. בָּעוּ, ܒܳܥܽܘ pro בָּעוּת, ܒܳܥܽܘܬ emph. בָּעוּתָא, ܒܳܥܽܘܬܳܐ *rogatio*, *petitio* cum Praepositione בְּ, ܒ *adverbialiter* positum. Hinc בְּבָעוּ, ܒܒܳܥܽܘ, uti etiam Arab. بِطِلْبَةٍ i. q. saepe Hebr. נָא *quaeso, obsecro*, sed ponitur pro Hebraicorum אָנָּא prop. *ah*, *quaeso!* Gen. 50, 17.

3. Verbis, quibus Interjectiones exprimuntur, sunt: — *a.* חָס, ܚܘܣ *absit* pp. *propitius fuit*, *pepercit* cum ל, ܠ personae, ut apud Hebraeos חָלִילָה *profanum* et apud Arabes حَاشَ *absit*, et si utrumque hocce, ut etiam illud, subinde *absolute* usurpatur: ut חָס *absit*, ܚܘܣ ܠܟ *absit a te* 1 Sam. 20, 2. חַס לְעַבְדָךְ, ܚܘܣ ܠܥܒܕܝܟ *absit a servis tuis!* Gen. 44 7. alia quaedam Verba v. c. אֲזַל *ivit*, אֲתָא, ܐܬܐ *venit*, יְהַב *dedit*, quatenus horum Verborum Imperativus alii Verbo praepositus est tamquam excitantis Particula per Latinorum *age*, *agedum*, *agite* verti solita: ut אֱזִיל i. q. Hebr. לֵךְ *age* 2 Sam. 7, 3. הָבוּ, ܬܘ i. q. Hebr. הָבָה et Arab. تعالوا *agite* Gen. 11, 3, 4. אֱתוֹן, ܬܘ i. q. Hebr. לְכוּ sive בֹּאוּ *agite* Ps. 95, 1, 6.

Obs.

Diversae virorum doctorum de nonnullis Interjectionibus sententiae.

Quaest.

Quomodo de quorundam grammaticorum sententia ratione habita originis et constructionis Interjectionum judicandum?

§ 86.

Particulae inseparabiles.

Quae hactenus, post traditam de varii generis Pronominibus doctrinam, de Particulis monuimus, proprie vix alias, quam *separatas* spectarunt Particulas. Cum autem Particulae, prorsus ut ipsa pariter Pronomina minime semper ita separatim, sed identidem etiam cum alia orationis parte conjunctim occurrant; restat nobis etiamnunc, ut in hac penultima Institutionis nostrae parte agamus de Particulis *inseparabilibus*.

Et hae posterioris quidem generis Particulae sunt nudae quaedam literae aliis orationis Partibus partim praefixae partim affixae, quarum illae propterea *praefixae*, hae vero *paragogicae* a grammaticis appellantur literae.

§ 87.

Literae praefixae.

Nos quidem de harum literarum affectionibus hic non multa sumus monituri, sed pauca tantum, et pauca illa spectabunt maxime earum proprietates, hactenus a nobis nondum satis accurate explanatas.

Nam, cum hae literae nunquam *separatim*, sed semper, modo cum Verbis, modo cum Nominibus, modo cum Particulis; atque adeo cum omnibus sermonis partibus jam a nobis explicitis varia significatione *conjunctim* scriptae terantur, non potuimus non easdem etiam hasce literas variasque earum affectiones indicare atque exemplis pariter illustrare. Verumtamen, quia, ut videtur, juvat praecipuas harum literarum affectiones una semel omnes collectas proponere, denuo etiam eorum, quae jam antea in diversis Institutionis hujus nostrae partibus, sive fusius, sive brevius de hisce literis monuimus et exemplorum auctoritate comprobavimus, quodammodo rationem habebimus.

Ipsae autem literae hic describendae numero sunt septem: ܡܢ, מ, ܠ, ל, ܟ, כ, ܘ, ו, ה, ܕ, ד, ܒ, ב et haud sine ratione in grammacica appellantur *Praefixa*, ut ita non tantum distinguantur ab aliis literis syllabisque, qnae variis orationis partibus vario modo varioque proposito saepe praeponuntur, sed in primis, ut ita etiam distinguantur a *Praeformantibus* longe alius et originis et indolis et usus literis § 38. — Et sicut porro Praeformantes omninoque literae *serviles* apud Arabes cum vocali plerumque *a* vel *i*; sic hae literae apud Chaldaeos, ut apud Hebraeos, cum *Schevate* et proin apud Syros sine ullo puncto proprie praefiguntur, ita tamen, ut nunc hanc, nunc aliam vocalem accipiant: excepta מ, ܡܢ, quae non sine.

exceptis etiam aliis literis, quae subinde continuo semper cum aliqua vocali praefiguntur, quemadmodum id omne sponte cogitur ex § 21. § 20. § 70, 6. et 96. Sed, quod ad earum vim attinet: eatenus in primis de singulis singulatim agendum, nam vi tenus admodum differunt, ita ut aliae Praepositionis, Conjunctionis aliae, nonnullae modo Praepositionis, modo Conjunctionis, modo aliam significationem habeant.

1. Litera ב, ܒ, ut e locis modo citatis patet, haud una ratione praefigitur.

a. Est una e tribus *Ablativi* vario sensu exponendi notis § 70, I, 6.

b. Usurpatur tanquam *Dativi* et *Accusativi* indicium post nonnulla Verba aliis in linguis, in Latina v. c. reddi solita Verbis, quorum indoles et inprimis, quorum vel compositio vel constructio cum *in*, *ad*, aliave Praepositione nunc illum, nunc hunc Casum postulat: ut Exod. 4, 24. ܘܦܓܥ ܒܗ, וְעָרַע בֵּיהּ i. q. Hebr. וַיִּפְגְּשֵׁהוּ *et occurrit ei;* Deut. 32, 15. כְּפַר בְּ, (Secund. Targ. Hieros.) ܟܦܪ ܒ Matth. 10, 33. i. q. Arab. كَفَرَ بِ in Corano Sur. 2, 26 et كَفَرَ مِنْ Sur. 5, 4. uti etiam Job. 8, 18. ܘܢܕܠ ܒ, כַּדֵּב בְּ i. q. Hebr. כִּחֵשׁ בְּ et Arab. كَذَبَ بِ *abnegavit;* Gen. 3, 16. ܢܫܠܛ ܒ, שְׁלַט בְּ

i. q. Hebr. מָשַׁל בּ et Arab. تَسَلَّطَ عَلَي *dominatus est;* 2 Sam. 23, 10. קְטַל ב, ܩܛܠ ܒ i. q. Hebr. הִכָּה ב et Arab. قَتَلَ مِن *stragem edidit.* Hinc post Verba *testandi* est *in*, *contra*, *adversus:* ut Deut. 31, 28. אַסְהֵד ב, ܐܣܗܕ ܒ i. q. Hebr. הֵעִיד ב et Arab. شَهِدَ عَلَي *contestatus est contra;* — post Verba *jurandi* est *per:* ut Gen. 21, 23. קַיֵּם ב, ܩܝܡ ܒ i. q. Hebr. נִשְׁבַּע ב et Arab. حَلَفَ بِ *juravit per;* — post Verba vero *bibendi ex aliqua re* est *ex:* ut Gen. 44, 5. דִשְׁתֵי בֵהּ, ܕܫܬܐ ܒܗ, Hebr. item אֲשֶׁר יִשְׁתֶּה־בּוֹ et Arab. أَلَّذِي يَشْرَبُ فِيهِ *ex quo bibit.*

c. Post Verba *sensuum* exprimit hic illic *voluptatis*, *gaudii* et *doloris* notionem: ut Job. 3, 9. חַמָּא ב, ܚܡܐ ܒ i. q. Hebr. רָאָה ב *cum voluptate vidit s. gaudet;* Gen. 21, 16. חָזָא ב, ܚܙܐ ܒ i. q. Hebr. רָאָה ב et Arab. رَأَى بِ *prae dolore intuitus est.*

d. Verba *veniendi*, *occurrendi* accipiunt aliquando notionem *afferendi*, *offerendi:* ut 1 Reg. 13, 1. אֲתָא ב,

ܐܰܝܬܺܝ ܒ i. q. Hebr. בָּאב et Arab. أَتَى بِ *attulit;* Deut. 23, 4. עֲרַע בּ, ut Hebr. קִדֵּם בּ et Arab. تَلَقَّى بِ sed Syr. ܩܰܪܶܒ *obtulit.*

e. Haud unius *Adjectivi* vim exprimit: ut 1 Reg. 7, 14. עֲבִידָא בִּנְחָשָׁא, ut Hebr. מְלָאכָה בִּנְחֹשֶׁת et Syr. ܥܒ݂ܳܕܳܐ ܕܢܚܳܫܳܐ *opus aeneum;* Exod. 1, 14. פּוּלְחָנָא, בְּחַקְלָא, ut Hebr. עֲבֹדָה בַּשָּׂדֶה *opus agreste*, sed Syr. ܥܒ݂ܳܕܳܐ ܕܚܰܩܠܳܐ *opus agri.*

f. Praefixa formae plurali vocis עַיִן, ܥܰܝܢܳܐ *oculus* modo est *videri* modo *velle* sive *placere*, modo *displicere*: ut Gen. 19, 14. הֲוָא־בְּעֵינֵי־, ܗܘܳܐ ܒܥܰܝܢܰܝ̈, Hebr. etiam הָיָה־בְּעֵינֵי־ *videbatur jocari generis suis* prop. *fuit sicut jocans in oculis generum suorum;* 2 Sam. 18, 4. — דְּתַקִּין בְּעֵינֵיכוֹן, ܕܫܰܦܺܝܪ — ܒܥܰܝܢܰܝ̈ܟܽܘܢ, Hebr. etiam אֲשֶׁר־יִיטַב בְּעֵינֵיכֶם *quod* sive *id quod volueritis* vel *placuerit vobis* prop. *quod*, sive *id quod bonum in oculis vestris;* Gen. 21, 11. וּבְאִישׁ־בְּעֵינֵי־, ܘܐܶܬܒܰܐܫ - ܒܥܰܝܢܰܝ̈, Hebr. etiam וַיֵּרַע־בְּעֵינֵי־

Et displicuit sermo vehementer Abrahamo, prop. *Et malus sermo vehementer fuit in oculis Abrahami.* Vis autem *placendi* et *displicendi* non una hac Particula et memorata exprimitur voce, verum etiam Particula קֳדָם, ܩܕܡ *coram*, ܠ et עַל, ܥܠ. Conf. v. c. Esth. 8, 5. Gen. 38, 7. Rom. 15, 2. Neh. 2, 10. Esth. 3, 9.

Denique loco *Accusativi* nonnunquam Verbis *tegendi*, *vestiendi* et *implendi* in *Peal* apponitur, § 70, 4. *e.* Admodum raro apud Aramaeos, maxime apud Syros *Infinitivo* praefigitur vi Conjunctionis *dum*, *quum*, *cum*, *posteaquam*, qui literae hujus usus apud solos ferme Hebraeos locum habet, ut § 37, II, 3. dictum est.

Obs.

De alio hujus literae in dialecto cum Hebraica tum in primis in Arabica usu.

2. Litera ד, ܕ proprie, quatenus scribitur pro דִּי, ܕܝ aliquoties reapse etiam maxime apud Chaldaeos obvia, non est *inseparabilis*, sed *separata* Particula, quae, ut Arabum ذَا, pariter ab Hebraeorum זֶה originem ducit. Licet autem haec Particula veri nominis Particula *separabilis* sit, tamen non sine ratione Particulis *inseparabilibus* accenseri potest, quia apud

Syros fere semper et saepissime etiam apud Chaldaeos sola litera ד, ܕ scribi solet, et more literarum *servilium* praefigitur § 21. Et haec quidem litera, utpote ad insignia sermonis Aramaei ornamenta quasi pertinens, frequentissimi cum usus tum significatus est.

a. Exprimitur ea Pronomen *relativum* utriusque et generis et numeri et omnis item Casus, quod partim duplici potissimum modo determinatur, partim ipsum certas quasdam orationis partes determinat. Ante quod porro saepe apud Chaldaeos, raro apud Syros Latinorum Pronomen, *is*, *ea*, *id* supplendum est. Denique fere nunquam desideratur, sed contra centies sive *pleonastice* sive *emphatice* usurpatur § 80.

b. Est maxime solita nota *Genitivi*, qui Casus quidem Aramaeis etiam more Hebraeorum et Arabum, sed tamen raro exprimitur § 70, I, 2.

c. Nomina numeralia *cardinalia* inde a 1–10 mutat quasi in *ordinalia* § 74, III, 2.

d. Modo hujus, modo alius *Conjunctionis* vi v. c. *quia*, *ut*, *quum*, teritur, in primis post Praepositiones, quae sic ipsae quasi *Conjunctiones* fiunt *compositae*. Aliquando componitur etiam cum Praefixo: ut Gen. 30, 18. דִּיהֲבֵית, ܕܝܗܒܬ, uti etiam Hebr. אֲשֶׁר נָתַתִּי *quia, eo quod dedi*, sed Arab. كَمَا زَوَّجْتُ *quemadmodum consociavi;* Cap. 11, 7. דְּלָא, ܕܠܐ, uti

etiam Hebr. אֲשֶׁר לֹא *ut non*, Arab. حَتَّى pp. *donec;* Deut. 11, 6. דִּי פְתַחַת, uti etiam Hebr. אֲשֶׁר פָּצְתָה i. q. Arab. إِذْ فَتَحَتْ et Syr. ܡܐ ܕܦܬܚ *quum aperiret;* Ezech. 40, 1. בָּתַר דִּ, ܒܬܪ ܕ, uti etiam Hebr. אַחַר אֲשֶׁר i. q. Arab. مِنْ بَعْدِ *posteaquam;* Dan. 3, 7. כְּדִי i. q. saepius Hebr. כַּאֲשֶׁר *quum*, et Syr. ܟܕ ܠܐ *eo quod non* 1 Joh. 5, 10.

e. Hic illic sermoni cum *recto* tum *obliquo* a grammaticis appellato post *dicendi*, *audiendi*, *sciendi* aliaque similis significationis Verba posito unice praefigitur tanquam hujusmodi sermonis nota, ita ut idem sit, acsi non adesset omnino; qua vi Chaldaeis in primis Particula אֲרֵי *quod*, ut Hebraeis Particula כִּי *quia*, teritur. Ita v. c. Dan. 2, 25. *et dixit ei* דִּי הַשְׁכַּחַת i. q. simplex Syr. ܐܫܟܚܬ et Arab. وَجَدْتُ *reperi virum;* Matth. 2, 15. *qui dixit:* — ܕܡܢ *Ex Aegypto vocavi filium meum;* 2 Reg. 3, 21. *quum audissent* אֲרֵי סְלִיקוּ, ܕܫܡܥܘ, Hebr. etiam כִּי עָלוּ et Arab. بِطُلُوعِ *adscendisse reges;* Cap. 4, 1. *et nosti* אֲרֵי עַבְדָּךְ,

uti etiam Hebr. כִּי עַבְדְּךָ et Arab. أَنَّ عَبْدَكَ i. q. Syr. simpliciter ܥܒܕܟ *servum tuum coluisse Deum.*

Aliis etiam in locis hic illic eadem sic vi usurpatur Verbi אֱמַר, ܐܡܪ *dixit*, modo Praeteritum cum *Vau copulativa* post Praeteritum ejusdem personae, generis et numeri, modo Futurum ita Futuro appositum, modo Participium cum dicta Copula post Participium ejusdem numeri et generis, modo Infinitivus cum ל post Verbum *finitum;* saepissime item hujusmodi sermo mox, nulla intercedente distinctionis nota, ipsi, ad quod pertinet, Verbo apponitur. — De ejus Infinitivo praefixi usu § 37, II, 2. jam dictum est.

3. Litera ה ubi usurpatur, per Hebraismum usurpatur et modo, quo praefigitur, et vi tenus, quam exprimit. Nam Chaldaei proprie non magis, quam Syri ullam habent literam aut *demonstrandi* aut *interrogandi* vim exprimentem. Itaque eatenus proprie summatim ejus vis duplex est, altera *demonstrativa*, altera *interrogativa*, quemadmodum contra Arabum أ tantum *interrogative* teritur.

a. Demonstrandi vi pro א *emphatica* frequentissimi usus litera (§ 69). Pronominibus *personalibus* ac *demonstrativis* praefigitur per *Patach* vel *Kamets* omisso *Dageseh forti* § 17, VI, 1. § 20, 3. quod ex ordine indicare debebat literam ל esse pulsam, nam scribitur pro הַל Arab. أَلْ. Quam autem vim in haecce Pronomina habeat, indicatum est § 81, II, 5, d.

